

ANALEKTEN.

1.

Zwei Schriften des Erzbischofs Hinkmar von Reims.

Herausgegeben

von

Wilhelm Gundlach.

Die Handschrift Nr. 141 der Universitätsbibliothek zu Leyden¹ bietet S. 1—119 zwei im 10. Jahrhundert geschriebene Abhandlungen des Erzbischofs Hinkmar von Reims dar, welche beide noch nicht gedruckt sind: Die erste S. 1—56 ist jenes von König Karl veranlaßte Gutachten, dessen Flodoard im achtzehnten Kapitel (*Mon. Germ. SS. XIII*, p. 508) gedenkt (vgl. Schrörs, *Hinkmar, Erzbischof von Reims: Registrum Hincmarii* Nr. 134), die andere die erste Streitschrift Hinkmar's wider Gottschalk über die Prädestination (von welcher Schrörs a. a. O. S. 108, 115 spricht).

Ich lasse den Wortlaut beider Schriften hier folgen.

1) Vgl. darüber W. Hartel in den Sitzungsberichten der Wiener Akademie LXXI (1872), S. 285 ff. und H. Droysen, *Mon. Germ. Auctt. antiqu. II*, p. V.

I.

Domino Karolo, regi glorioso, Hincmarus, nomine, non merito Remorum episcopus ac plebis Dei famulus.

Altercatione commota inter canonum sanctorum diffinitiones et fratris ac coepiscopi nostri Rothadi transgressiones, inter caetera siquidem et de divisione parrochiae Adeloldi presbiteri, et quia in divisione eiusdem parrochiae a novo fundari iussit ecclesiam, necessitas loci, cui auctore Deo deservio, exiguitatis meę sollicitudinem compulit, ut inde aliqua ex patrum constitutionibus in unum colligerem: quod devotionem vestram erga scientiam omnis boni sollicitam latere non potuit. Unde etiam] quia in parrochia Trecasina ex hac causa a Prudentio episcopo fuere disposita, quae multis inconvenientia videbantur, et ex quibus ad vos plurimorum pervenere ^a clamores, superimposuit mihi venerabilis atque amabilis iussio vestra, quatenus et ex hoc, quae in maiorum statutis pro tempore invenire valerem ^b, vobis in unum collecta porrigerem. Qua de re, licet hoc quibusdam valeat displicere, si forte sunt, qui magis eligunt sequi, quod eis libenter libet, quam, quod licenter licet, faciam, quod iubetis, sciens ab apostolo commendatum, ut *omnis anima* (id est *omnis homo*) *potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo*¹. Et iterum dicit: *Subiecti estote omni humano creaturae propter Deum sive regi tamquam precellentem*². Et quoniam vestra regia a Deo constituta sublimitas sacerdotali religioni et cordis et corporis cervices devote inclinat, competens esse dinoscitur, ut et pontificalis auctoritas regiae dignitati cum omni pietatis officio se submittat, sicut sanctus Gelasius in decretali epistola ad Anastasium imperatorem ostendit dicens: *Duo sunt quippe, imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur: auctoritas sacra pontificum et regalis potestas; in quibus tanto gravius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum*^c *in divino reddituri sunt examine rationem. Hinc, quantum ad ordinem publicae pertinet discipline, cognoscentes imperium tibi superna dispositione conlatum, legibus tuis ipsi quoque parent religionis*^d *antistites, ne vel in rebus mundanis*

- a) pervenire c.
- b) valere c.
- c) homini c.
- d) legionis c.

1) Röm. 13, 1.

2) 1 Petr. 2, 13.

exclusae^a videantur obviare sententiae¹; et alibi: Quoniam sic Christus, memor fragilitatis humanae, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperavit, sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque crevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi, ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatenus spiritalis actio a carnalibus distaret incuribus et ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis praesidere videretur, qui esset negotiis saecularibus implicatus, ut et modestia utriusque ordinis curaretur^b, ne extolleretur, utroque suffultus, et competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur². Et sanctus Augustinus in sermone sexto evangelii Iohannis dicit: Leguntur enim leges manifestae, ubi preeceperunt imperatores, eos, qui preter ecclesiae catolicae communionem usurpant sibi nomen christianum nec volunt in pace colere pacis auctorem, — nihil nomine ecclesiae audeant possidere. Sed quid nobis, inquiunt, et imperatori? De iure humano hoc agitur, et tamen apostolus voluit serviri regibus, voluit honorari reges et dixit: Regem reverimini³. Noli dicere: Quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones⁴; et in sermone septimo: Iuris enim forensis est, ut, qui in petitionibus mentitus^c fuerit, non illi prosit, quod impetravit. Dixisti enim, quod voluisti et cui dixisti; nescit an verum sit; dimisit te adversario tuo convincendum, ut, si ante^d iudicem convictus fueris de mendacio, ibi careas ipso beneficio rescripti, quo perduxisti rescriptum⁵. Et sanctificationes atque decreta pontificum Romanorum multoties^e pro honore et statu ecclesiae apud reges satagere nos debere ostendunt, sicut qui legerit invenire valebit. Et beatus Gregorius commonitorium ad Iohannem defensorem, euntem in Hispanias, totum de legibus imperialibus ad correctionem et constitutionem ecclesiasticarum sanctionum

a) exclusi c.

b) curaret c.

c) mentitur c.

d) sciam te c.

e) multotias c.

1) Thiel, Epistolae Romanorum pontificum genuinae I, p. 350, 51.

2) Thiel I, 568.

3) Vgl. 1 Petri 2, 17. Deum timete, regem honorificate.

4) Opp. Augustini (ed. Maur.) III, 2, p. 341.

5) Opp. Augustini III, 2, p. 346.

composuit¹. Et Toletanum concilium² in causarum diffinitione legum et canonum sententias iubet exquiri. Oboediendum ergo nobis est regibus pietatis cultui et religione et iure et solatio servientibus. Caeterum de hoc, unde hic sermo praestituit adoriri, exordium.

A nostris est maioribus constitutum, ut, sicut episcopus generaliter omnem parochiam cum omnibus rusticulis parrochii, quas per triennium inconcusse possedit, in sua ordinatione, non autem in exordinatione habet, ita unusquisque presbiter parochiam suam cum dote ecclesiae in suae ordinationis ac dispensationis cura cum episcopi sui consilio ac dispositione secundum regulas divinitus et antiquitus constitutas habeat, velut sanctus Basilius, tractans versum psalmi: *Convallem tabernaculorum dimetiar*³, olim sancto spiritu ante incarnationem Christi per prophetam predictum et post eius ascensionem in caelum eodem sancto spiritu per sanctos Dei homines decretum fuisse demonstrat, hanc, inquiens, *praecipuam et velut privatam quondam plebem* (scilicet Israheliticam), *hereditatem populi, in divisionem vocabo et communem cum caeteris omnibus faciam*. Cum autem divi- sum fuerit testamentum in omnes et cum eius utilitas universis coeperit esse communis, *Deo pro nobis aliquid melius providente, tunc etiam convallis tabernaculorum dimetietur, hoc est universus orbis terrarum, qui vallis tabernaculorum pro habitaculis corporum dictus est, hic, velut quadam sorte divisus atque dimensus, per singula loca ecclesiarum Dei parrochii et incolati- bus dividetur*. Tunc etiam ea, que divisa sunt, in unitatem fidei congregabit ille, qui pacificat per sanguinem suum sive quae in terra sunt sive quae in caelis, et qui medium parietem saepis solvens facit utraque unum⁴. *Hinc iterum scriptum est: Distribuite domos eius* (videlicet universalis ecclesiae per custodiarum parochias praedicando), *ut enarretis in progenie altera, quoniam hic est Deus noster, et ipse reget nos in se- cula*⁵. Unde Dyonisius papa in decretali epistola ad Severum archiepiscopum directa constituit dicens: *De ecclesiis parrochiali- nis, unde apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendae per Cordubensem provintiam ac dividendae sacer- dotibus, nihil tuę caritati melius nobis videtur intimare, quam*

1) Opp. Gregorii (ed. Maur.) II, 1250 sq.

2) Vgl. Mansi X, 764.

3) Ps. 107, 8. Einen Kommentar zu diesem Psalm habe ich unter den Schriften des Basilius nicht auffinden können.

4) Eph. 2, 14: qui fecit utraque unum, et medium parietem ma- ceriae solvens, inimicitias in carne sua.

5) Ps. 47, 14. 15.

*ut sequaris, quod nos in Romana ecclesia nuper egisse cognoscitur. Ecclesiis quidem singulas singulis presbiteris dedimus, parrochiasque et cimiteria eis divisimus et unicuique ius proprium habere statuimus, ita videlicet ut nullus alterius parrochiae terminos aut ius invadat, sed unusquisque suis terminis contentus sit et taliter ecclesiam et plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal aeterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat et non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, carissime, te et omnes episcopos sequi convenit, et, quod tibi scribitur, omnibus, quibuscumque potueris, notum facias, et non specialis, sed generalis^a fiat ista paeceptio¹. Hinc et in primo libro imperialium^b ac synodalium capitulorum domni Karoli et Hludowici scriptum est, ut terminum habeat unaquaeque ecclesia^c, de quibus villis decimam recipiat². De presbiterorum quoque in singulis ecclesiis ordinatione atque stabilitate Calcidonense^d concilium precipit, nullum absolute ordinari debere presbiterum aut diaconum nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter [in]^e ecclesia civitatis aut possessionis aut martyrii aut monasterii qui ordinandus est pronuntietur³. Et Leo ad Aquileensem^f episcopum, provintiae scilicet primatem, decernit: *Illam, inquiens, partem ecclesiasticę disciplinae, que olim a sanctis patribus et a nobis saepe decreta est, ut nec in presbiteratus gradu nec in diaconatus ordine nec in subsequenti ordine clericorum ab ecclesia ad ecclesiam cuiquam transire sit liberum, in integrum revoce, admonemns, ita ut, si quis sua quaerens, non quae Iesu Christi ad plebem suam et ad ecclesiam suam redire neglexerit, et ab honoris privilegio et a communionis vinculo habeatur extraneus⁴.* Et sanctus Gregorius in quinta omelia Ezechieli prophetae ita presbiteros ecclesiis, in quibus ordinati sunt, non debere mutare, sicut nec episcopos de civitate ad civitatem transferri demonstrat dicens: *Hi enim, qui animarum custodes sunt et pascendi gregis onera suscepérunt, mutare loca minime permittuntur; et, quia uno in loco positi divinitatis in**

^{a)} prior littera e superscripta est.

^{b)} imperialium c.

^{c)} ecclesiæ c.

^{d)} calcidonemse c.

^{e)} deest.

^{f)} aquileiemsum c.

1) Mansi I, 1006. 1007.

2) Boretius, Cap. I, 412 (Ansegisi capitularium l. I, c. 149).

3) Mansi VI, 1226.

4) Opp. Leonis (ed. Ballerin.) I, 593.

*se presentiam portant et ardent, thronus Dei flamma ignis dicitur*¹. Sciendum tamen est: quoniam ante harum institutionem regularum et episcopi atque presbiteri quasi licenter et indifferenter de ecclesiis ad ecclesias translati fuisse reperiuntur, sed, sicut scriptum est: *Pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia*², comperientes rectores ecclesiae, hinc multa scandala fuisse exorta, secundum apostolum tempori servientes³ et paci ecclesiae procurantes, ut haec et huiusmodi nullatenus fierent, observari inrefragabiliter decreverunt. Quibus autem pro causis vel qualiter secundum regularum institutionem episcopus, si non suo vitiio sede sua caruerit, alteri sedi possit incardinari, pro quibus etiam causis vel qualiter presbiter sive diaconus de titulo ad titulum, vel de civitate ad civitatem, seu de provintia ad provintiam possit transferri, vel, si ad episcopatum petiti fuerint a titulis, in quibus fuerant ordinati, canonice possint concedi, vel non valeant metropolitano a suis episcopis contradici, quia hic michi longum fuit inserere et non fuit visum huic causae necessarium addere, censui ad dicendum in alio tempore, si forte necessitas fuerit, reservare. Quia vero presbiterorum, unde nunc agitur, ordinatio et ecclesiarum consecratio atque facultatum et dotium ad easdem ecclesias pertinentium dispositio secundum cannonum antiquam constitutionem ad episcoporum ordinationem, non autem ad exordinationem vel divisionem aut confusionem, et ad presbiterorum dispensationem pertineant, Toletanum manifestat concilium dicens: *Multi contra canonum constituta sic ecclesias, quas edificaverant, postulant consecrari, ut dotem, quam eisdem ecclesiis contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere.* Quod factum et in praeteritum displicet et in futuro prohibetur; sed omnia iuxta constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant⁴. Et in synodo Calcedonensi scriptum est: *Singularum ecclesiarum rusticas parrochias vel possessiones manere debere^a inconcussas illis, qui eas retinere noscuntur, et maxime si per tricennium eas absque vi optinentes sub dispensatione rexerunt, decernimus.* Quodsi intra tricennium facta fuerit de his vel fiat altercatio, licere eis, qui se laeos adserunt, apud sanctam synodus provintiae certare⁵. Hinc et in decretis papae Gelasii scriptum est: *Illud etiam*

a) re de in loco raso.

1) Opp. I, 1209.

2) Dan. 12, 4.

3) Vgl. Tit. 3, 3.

4) Mansi IX, 998.

5) Mansi VII, 378.

*adnecti placuit, ut facultates ecclesiae nec non et dioceos ab illis, a quibus possidentur, episcopis iure sibi vindicentur, quas tricennalis lex conclusit; quia et filiorum nostrorum, principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo^a appellare, quod legum tempus exclusit¹. Et in concilio Africano scriptum est, ut, si de parrochia nondum est finita contentio, ille inde discedat, quem constiterit praetermissis iudicibus ecclesiasticis inruisse. Si autem ille aliquam questionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, sive quos eis primates derident, sive quos ipsi vicinos ex consensu primatis elegerint. Sane si episcopi, inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille primas^b det iudices, in cuius provintia est locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut unus eligatur aut tres; et si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur aut duorum. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare^c; et quisquis probatus fuerit, pro contumacia nolle optemperare iudicibus, cum hoc primae sedis episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet episcoporum, donec optemperet². Ad quod instar inter se certantibus de parrochia rusticana presbiteris episcopus iudices dare debet secundum Anthioceni concilii capitulum nonum, ubi dicit: *ut unusquisque episcopus habeat suae parrochiae potestatem, ut regat iuxta reverentiam singulis competentem et providentiam gerat omnis possessionis, que sub eius est potestate, ita ut presbiteros et diaconos ordinet et singula suo iuditio comprehendat³*. Si autem presbiteri exigente ratione ab ipsis iudicibus ad maioris auctoritatis iudices secundum quintum decimum capitulum Africani concilii appellare voluerint vel adversus proprium episcopum inde quaeri debere viderint, secundum prefatum capitulum Anthioceni concilii³ pro hac causa sicut et pro aliis quibusque, quibus se laesos existimant, ad metropolitanum debent concurrere vel secundum nonum^d capitulum Calcidonensis concilii synodum petant, quo dicitur, *ut si clericus habet causam adversus episcopum proprium vel adversus alterum, apud synodum provintiae iudicetur⁴*; et metropolitanus maioris auctoritatis iudices secundum Africanum con-*

^{a)} id c.

^{b)} sequitur locus rasus: spatium trium vel quattuor litterarum.

^{c)} provocari c.

^{d)} post o una littera erasa.

1) Thiel I, 382.

2) Mansi III, 819. 822.

3) Mansi II, 1323.

4) Mansi VII, 376.

cilium dabit, ut causa per episcopos iudices finiatur, sive quos conquirentibus primas dederit, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint. *Quodsi adversus eiusdem provintiae metropolitatum episcopus vel clericus^a habet querelam*, iuxta Calcidonense concilium petat^b primatem diocesos^c aut sedem regiae urbis¹, quae nobis est Roma. Sed quoniam durum valde videtur, ut metropolitanus vel primas provintiae, qui alios debet corrigere, non sufferat, si ut homo excesserit, a confratribus corrigi, nisi pro eius excessibus ecclesia Romana petatur, excepto si talis causa extiterit, pro qua de ordine debeat iudicari, presertim cum apostolus *subiectos invicem nos in timore Christi²* esse debere praecepit, et sicut sanctus Hilarus dicit: *Reatu maiore delinquit, qui potiore honore perfruitur, et graviora facit vitia^d peccatorum sublimitas dignitatum³*, sequendum est capitulum quadragesimum quartum^e Aurelianensis concilii, quo dicitur: *Si metropolitanus a quoque provintiali episcopo bis fuerit causa propria appellatus et eum audire distulerit ad proximam synodus, quae constituetur, negotium suum in concilio^f habeat licentiam exercendi et, quicquid pro iustitia^g a conprovintialibus suis statutum fuerit, studeat observare⁴*. Sed et Nichenum concilium generanter et sine ulla exceptione precipit, *ut communiter omnibus simul episcopis congregatis provintiae discutiantur questiones⁵*, et, quod regulariter in communi placuerit, hoc omnes tam metropolitanus quam caeteri sequantur episcopi. Et Anthiocenum concilium provintiales episcopos metropolitani et metropolitanum provincialium coepiscoporum consilio agenda^h, sicut ibidem est designatum⁶, iubet peragere. Si autem et interⁱ episcopos provintiae de parrochia vel de alio colibet negotio orta fuerit questio,

^{a)} u ex i corr.

^{b)} t posterior superscripta.

^{c)} post e priorem locus rasus; o posterior ex e corr.

^{d)} ti superscriptum.

^{e)} mum superscriptum.

^{f)} concilium c.

^{g)} ita, ut videtur, corr. ex iusticia.

^{h)} ex angenda emendatum.

ⁱ⁾ ter superscriptum.

1) Mansi VII, 376.

2) Eph. 5, 21.

3) Thiel I, 161.

4) Der Canon findet sich nicht in dem sonst benutzten ersten oder vierten Conc. Aurel.; ein anderes, welches vierundvierzig Canones hätte, habe ich nicht ermitteln können.

5) Mansi II, 679.

6) Mansi II, 1323.

primas^a provintiae, ut premisimus, iudices episcopos dare debet. Unde et Innocentius in decretali epistola ad Florentinum episcopum Tiburtinensem dicit: *Non semel, sed aliquotiens clamat scriptura divina, transferri non oportere terminos a patribus constitutos; quia nefas est, si, quod semper alter^b possedit, alter invadat: quod tuam bonitatem, frater et coepiscopus noster Ursus adserit, perpetrasse;* et paulo post: *Quod si verum est, non leviter te [culpam]^c incurrisse cognoscas.* Unde si declinare cupis tantae usurpationis invidiam, nostris litteris admonitum^d te convenit abstinere. Certe si aliquid tibi credis iustitiae suffragari, integris omnibus et in pristino statu manentibus, post dies venerabilis paschae adesse debebis, ut memorati possis intentionibus respondere, partibusque in medio collocatis, quid antiqua auctoritas habeat, requiramus¹. Sed et leges Romanae et beatus Gregorius multoties, sicut et in epistola ad Fortunatum Neapolitanum episcopum² ab utrisque partibus electorum aut a primatibus deputatorum iudicio intentiones inter ecclesiasticos^e viros vel quorumlibet^f cum ecclesiasticis personis veritate cognita salubrem accipere finem debere demonstrat^g.

Haec de antiquis ecclesiis atque parrochiis^h sunt a maioribus constituta. Denique in Calcidonensi concilio scriptum est: *Ut, si civitas imperiali potestate novata est aut si protinus innovetur, civiles dispositiones et publicae ecclesiasticarum quoque parrochiarum ordines subsequantur³.* Et sanctus Gregorius Passivo episcopo scribit dicens: *Anio, comes castri Apruciensis (Firmensis ecclesiae), petitoria nobis insinuatione suggestit, quod habetur in subditis, in suprascripto castro oratorium se sumptu proprio pro sua devotione fundasse, quod in honore beati Petri apostolorum principis desiderat consecrari.* Et ideo, frater carissime, si in tuae dioceos, in qua visitationis impendis officium, memorata constructio iure consistit, et nullum corpus ibidem

a) primās c.

b) aliter c.

c) deest.

d) admonitus c.

e) ecclesiasticos c.

f) quoslibet c.

g) sexta pars lineae vacua relicta.

h) dimidium lineae vacuum relictum.

1) Mansi III, 1048. 1049.

2) Opp. II, 1005 (ut . . . personam . . . transmittas, quae aut in electorum aut certe in deputatorum a nobis iudicio . . . adversariorum intentionibus ac obiectis per omnia valeat respondere; ut veritate cognita salubrem hic finem causa suscipiat).

3) Mansi VII, 378.

constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est fundis, campulis^a cum conduma una, cum caeteris, quae ibi se- cuntur, presentaliter liberis a tributis fiscalibus solidis sex gestisque municipalibus alligatis^b, praedictum oratorium sollemniter consecrabis, presbiterum quoque te illic constituere volumus cardinalem, ut, quotiens praefatus conditor fieri sibi missas fortasse voluerit vel fidelium concursus exegerit, nihil sit, quod ad sacra missarum sollemnia exhibenda valeat impedire; sanctuaria vero suscepta sui cum reverentia collocabis¹. Hinc et in primo libro imperialium ac synodalium capitulorum domni Karoli ac Hludowici scriptum est: Statutum est de villis novis et ecclesiis noviter constitutis, ut decimae de illis ad easdem ecclesias conferantur²; et in secundo libro capitulum quadragesimum quintum^c: Ut ecclesiae antiquitus constitutaæ nec decimis nec ulla possessione priventur³; et in eodem capitulum tricesimum quartum^d: Ut ecclesiae antiquitus constitutæ nec decimis nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur⁴. Quae nova oratoria si necesse est populo aedificari propter aquas, quae hiemis tempore solent crescere, vel si forte sit silva in medio aut palus aut talis longitudo, ut feminae pregnantes et homines infirmi ad metropolitanam ecclesiam convenire non possint, eis si ita unanimitas coepiscoporum nostrorum plebium infirmitatibus consulendo consenserit, capella subiecta antiquae ecclesiae fiat et presbiter cum tabula a suo episcopo sacrata illuc pergens, illis, qui ad matricem ecclesiam convenire non poterunt, officio debito consulere curet. In cuius capellae circuitu saepes^e sit, ut domus Dei, pro possibilitate honestae aedicata, cum honestate in circuitu suo consistat^f, et tantum^g atrii habeat, ubi^h pauperculi, qui suos mortuos longius efferre non possunt, eosdem ibi sepelire valeant; sitque ibi corticulæ locus, ubi presbiter possit descendere et caballum suum habere, atque matricularius possit manere, et presbiter si de ipsa villa ad suam domum tunc temporis decimam non poterit ducere, us-

^{a)} fundos campulos c.

^{b)} liberos . . . solidos . . . alligata c.

^{c)} septimum c.

^{d)} quintum c.

^{e)} saepis c.

^{f)} consi in loco raso.

^{g)} t prior ex a corr.

^{h)} bi in loco raso.

1) Opp. II, 1187. 1188.

2) Boretius I, 407.

3) Boretius I, 423.

4) Boretius I, 422.

que ad tempus congruum eam ibi salvam possit habere; et si amplius non possit, vel unum iugerum de terra ipsa capella habeat, unde^a matricularius ipsius capellae vivere possit; et in quibus locis fidelium devotio tanta est, ut amplius religioni sit additum, conlaudamus; ubi autem aut paupertas aut inde votorum duritia maior fuerit, quam esse debeat, ne graves aut improbi episcopi videamur, hoc tantum satisfiat nobis remedio, et non sit parrochiam opus dividere^b.

Contra quae in parochia Trecasina et in aliis^c etiam parochiis sequentes domini Prudentii dispositionem quidam episcopi cum eodem Prudentio inconvenienter interpretantes capitulum septimum decimum^d Aurelianensis concilii, quo dicit: *Omnes basilicae, quae per diversa constructa sunt vel cotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, ut in eius episcopi, in cuius territorio posite sunt, potestate^e consistant¹, et concilii Toletani capitulum undevicesimum: Multi contra canonum constituta sic ecclesias, quas aedificaverant, postulant consecrari, ut dotem, quam eisdem ecclesiis contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum et in praeteritum displicet et in futuro prohibetur; sed omnia iuxta constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant²* — occasione accepta, quasi vetusta sit aut destructa ecclesia et in eo loco, ubi antea fuerat, non valeat reaedificari, quia propter humata corpora non poterit consecrari, ingenio quocumque^f partem terrulae adquirunt, ubi aedificetur ecclesia, et hoc conludio^g suae potaestati cum turpi lucro, quod est per varias circumventiones et occasiones lucrandi causa inhoneste res quaslibet congregare^h, a sacra auctoritate terribiliter vetito, contra sanctas regulas facientes, parochiasⁱ antiquitus constitutas sibi vindicant aut inrationabiliter dividunt; cum dicat capitulum sexagesimum quintum^k Africani concilii: *Placuit et illud, ut plebes, quae numquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario uniuscuiusque provintiae et primatis atque consensu*

^{a)} n. corr.

^{b)} dimidia pars lineae vacua relicta.

^{c)} i posterior ex s corr.

^{d)} tertium decimum c.

^{e)} postestate c.

^{f)} cum in loco raso.

^{g)} ita corr. ex concilio.

^{h)} congregari c.

ⁱ⁾ corr. ex parrochias.

^{k)} sextum c.

1) Mansi VIII, 354.

2) Mansi IX, 998.

eius, ad cuius diocesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipient¹. Quod et de rusticani parrochiis est observandum, quia sicut episcopi, ita et presbiteri canonice, ut supra ostendimus, decretam in designatis sibi titulis ordinationem^a pro officii qualitate^b suscipiunt. Quapropter sicut Innocentius ad Decentium Egubinum scribit episcopum: Si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus et consecrationibus atque constitutionibus haberetur; sed, dum unusquisque, non [quod]^c contraditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur; ac fit scandalum populis, qui, dum nesciunt traditiones antiquas humana presumptione corruptas, putant sibi aut ecclesias non convenire, aut ab apostolis vel apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat aut non advertat id, quod a principe apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari nec superduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat aut aliunde accipere videatur exemplum? praesertim cum sit^d manifestum, in omnem Italianam, Gallias, Hispaniam, Africam atque Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Petrus aut eius successores constituerint sacerdotes? Aut legant, si in his provinciis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse; qui si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne, dum peregrinis assertionibus student, caput^e institutionum videantur amittere² — propterea qui contra haec constituta, quae de parrochiarum distributione et presbiterorum in eis^f constitutione, qui cum consilio et dispositione^g sui episcopi dotes ecclesiae et parrochiarum decimas sub divino timore dispensare debent, veniunt et prohibita non verentur admittere, videant, quid Leo decernat in epistola ad omnes episcopos per universas provincias constitutos: Ne quid vero sit, inquiens, quod praetermissum^h a

a) in fine s erasa.

b) t posterior ex s corr.

c) deest.

d) t ex s corr.

e) t ex d corr.

f) ita ex eius corr.

g) s posterior ex i aut t corr.

h) pater missum c.

1) Mansi III, 803.

2) Mansi III, 1028.

*nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatae recordationis Innocentii quam omnium successorum nostrorum, quae de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita a vestra dilectione custodiri debere mandamus, ut, si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denerari¹; et paulo superius: Hoc, inquit, admonitio nostra denuntiat, quod, si quis fratrum contra haec constituta venire temptaverit et prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum, nec communionis nostrae futurum esse consortem, qui sotius esse noluit disciplinae¹. Et in Carthaginensi^a concilio: *Gratus episcopus dixit: Si quis statuta supergressus corruperit^b vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communionae, si clericus, honore privetur. Universi dixerunt: Placet².* Quibus sententiis manifestissime constat et evidenter ostenditur, quia non licet nobis pro libitu nostro antiquarum ecclesiarum privilegia pro novis oratoriis convellere^c vel transmutare nec parochias antiquitus constitutas vel^d distributas dividere. Quod et sanctus Gregorius in multis locis, verum et in epistola ad Fortunatum episcopum Neapolitanum ostendit dicens: *Fraternitati vestræ non putamus esse incognitum, quia Romanus, clarissime memoriae vir, per ultimæ suæ voluntatis arbitrium in domo iuris sui ecclesiam, quæ in civitate vestræ sita est, aedificari deputavit, et, quia Deo miserante defuncti noscitur voluntas impleta, sanctitas vestræ illuc ingravanter accedit et, si nullum ibidem constat corpus humatum, locum ipsum in honore sanctorum Ermetis^e, Sebastiani, Cyriaci atque Pancractii sollemniter studeat absque missis publicis cum veneratione debita consecrare, ita ut in eodem loco numquam baptisterium construatur, nec presbiterum constituas cardinalem, sed, quotiens missas ibi degentes illic monachi fieri voluerint, a dilectione vestræ presbiterum noverint postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus praesumatur³*, verum, si de his aut huiusmodi vel de aliis quibuscumque rebus talia in regionibus nostris conveniunt seu eveniunt, quae in illis regionibus non convenerunt vel evenerunt, in quibus sancti canones^f fuere decreti, per remedia*

a) h ex a corr.

b) corrupuerit c.

c) convallere c.

d) l ex e corr.

e) ermes c.

f) s ex f corr.

1) Opp. I, 616.

2) Mansi III, 149.

3) Opp. II, 1043.

oportuna et necessitatibus congruentia ita secundum Anthiocenum concilium¹ provintiales episcopi cum metropolitani consilio et metropolitanus cum coepiscoporum consilio, inluminante sancto spiritu, sub constitutis rigidiora quaeque vel severiora regulariter praevaleant^a temperare, ut a constitutis in nullo debeant deviare, hoc ipsum sancto Leone papa ad Rusticum Narbonensem episcopum demonstrante: *Quia sicut, inquiens, quaedam sunt, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum, aut pro opportunitate temporum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quae vel dubia fuerint aut obscura, id non verimus sequendum, quod nec praeceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum [patrum] inveniatur adversum*². Unde rationabilius^b esse videtur, ut antiquae ecclesiae, si in eodem loco ita possunt emendari, ut necesse non sit cum transmutatione altaris eas a novo sacrari, emendentur et in parietibus et in contignationibus^c et in tectis atque in serta tecti^d seu in pavimentorum compositionibus et, sicut antiquitus fuerant constitute, cum diutius privilegio conservato consistant. Quae non propterea, quoniam in eis christianorum corpora sunt sepulta, si aliter bene stare vel emendari possunt, alibi debent transferri, quoniam caput vere christianorum Christus est, et ecclesia, quae est corpus Christi, cum sanctis angelis de christianis tam viventibus quam et defunctis consistit; sicut corpus ex diversis constare membris dico noscitur. De quorum meritis, qui nos iam ad Dominum praecesserunt, sine evidenteribus indiciis nobis periculosum est iudicare. Tutius igitur est illius venerari et expectare iudicium, cui omnia vivunt, et cui moriendo corpora nostra non pereunt, sed in melius commutantur. Nam et reliquie martyrum ac confessorum Christi seu virginum caeterorumque sanctorum post consecrationem ecclesiae vel altaris in altari, quod est imago corporis ac Christi sepulcri, cum iocunditate psallentium reponuntur, incipiente episcopo: *Exultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis;* et nobis incertum est, adhuc in carne decentibus, quando^e *Dominus veniat, qui et inluminabit abscondita tenebrarum*³ nostrarum, quas et velum extensem inter altare et concincentes epi-

^{a)} cod.: praevalent; a posterior corr.

^{b)} cod.: rationabilibus, corr. ex rationabiliter.

^{c)} contignatiobus c.

^{d)} tectis c.

^{e)} quo usque c; quo superscriptum.

1) Mansi II, 1323.

2) Opp. I, 1419.

3) 1 Kor. 4, 5.

scopo ac reliquum populum signat, cuius sint meriti omnes in ecclesia sepulti, et, quoniam *in domo patris Dei mansiones multe sunt*¹, id est qualitates retributionum pro qualitatibus meritorum, in quibus cubilibus eorum sint animae collocate, qui, per se pulchra^a in ecclesiis repositi, illius manifestationem expectant, cuius secundum apostolum *oculis nuda et aperta sunt omnia*². Mysterium autem, quia nova ecclesia non sacratur — quae ideo ecclesia dicitur, quoniam conventus populi fidelis, qui vere est Dei ecclesia, ad divina celebranda mysteria illuc soleat convenire — si ibidem fuerit corpus humatum, sed post consecrationem corpora vel reliquiae sanctorum in ea ponuntur, a mundi exordio et in ipso etiam paradiso — qui Adam per peccatum mortalem effectum et ad defensionis latibula declinantem³ non tenuit, latronem^b vero confitentem Christique passione redemptum cum ipso Dei et hominum mediatore, homine Christo Iesu promittente: *Hodie tecum eris in paradiso*⁴, qui portas inferni confregit et non solum aditum nobis eiusdem paradysi patefecit, verum et ianuam regni caelestis reseravit, quasi post magnam sollemnitatem dedicationis recepit — et aliis multis modis in veteri testamento est designatum et in novo manifestius est demonstratum: sicut in sepulchro Domini novo, in quo nondum quisquam positus fuerat, de quo resurgens a mortuis iam non moritur — mors illi ultra non dominabitur — typice monstrans, quia perseverantes in fide recta et operibus bonis et defuncti in unitate ecclesiae — quae est corpus Christi, aqua et sanguine de latere eius dormientis^c in cruce lavachro rigata et poculo, sicut et Eva de latere est dormientis Adae fabricata⁵ — cum resurrectionis apparente gloria novissima inimica destructa fuerit mors, cunctis simul animae carnisque corruptionibus exuti et ab omni labe mortalitatis excotti, mox peracto iudicio ad videndam perpetuo creatoris sui faciem aulam regni caelestis ingredientur, Domino decantantes: *Disrupisti vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis*⁶; *vota mea Domino reddam in atris domus Domini, in conspectu omnis populi eius, in atris tuis, Hierusalem*⁷. Nam quid proficiat quibusdam se-

^{a)} h superscripta.

^{b)} lotronem c.

^{c)} t ex s corr.

1) Joh. 14, 2.

2) Hebr. 4, 13.

3) Vgl. Gen. 3, 8.

4) Luk. 23, 43.

5) Vgl. Gen. 2, 22.

6) Ps. 115, 16. 17.

7) Ps. 115, 18. 19.

pultis in ecclesia et quid^a quibusdam officiat, in libro beati Augustini de cura pro mortuis et in aliis eius sermonibus, sed + et in libro beati Gregorii dialogorum invenimus¹; ex quibus discimus, morem iam tunc fuisse, in ecclesiis homines sepeliri, et non ob id, si aliter constare poterant, easdem ecclesias destrui vel transferri, sicut et ecclesia sancti Petri indicio est, in qua multa corpora hominum et quorundam forte non electorum sepulta sunt^b.

Si autem ecclesia vetusta aut destructa ita in pristinum statum^c restaurari vel emeliorari non potest, ut consecratione non indigeat, videtur nobis, diffinitionibus patrum inspectis, ut propinquissimus et conveniens locus obtinendus sit ab^d episcopo, ubi ita ecclesia a novo fieri possit, ut ibidem nullum sit corpus humatum, et ita consecrari valeat, ut^e non pro ulla indecenti occasione sua cuiquam ecclesia tollatur, neque decima vel parrochia indebitate abripiatur vel dividatur, aut antiqua ecclesia suo privilegio fraudetur; sed, etsi ecclesiam necesse fuerit longius transferri, quia aut latrones a villa remotum infestant presbiterum, vel quia aquosus est locus, ut ibidem mortui convenienter sepeliri non valeant, et alibi antiquum martyrium non habetur, aut presbiter prope ecclesiam manere non potest, vel quia apud coheredes lex et honor ecclesiae debitus obtineri non potest, sive pro alia qualibet certa et rationabili necessitate, non debet in translatione illius episcopus se^f demonstrare turpis lucri esse cupidum, sed necessitati presbiteri et commoditati populi consulentem. Qua de re quid inter alia plurima ac pernecessaria cum decreto domni imperatoris Hludowici et legato Gregorii papae anno DCCCXXVIII incarnacionis dominicae, XVI. anno imperii eiusdem pii augusti, in generali synodo apud Wormatiam civitatem, postquam reversi de synodis, quas^g per suum imperium in quattuor locis, id est in Mogontia, in Parisio, in Tolosa, in Lugduno^h, fecerat congregari, in unum sunt episcopi congregati, fuerit constitutum ex consideratione episcoporum in praefatis synodis etiam de ecclesiis, quae inter coheredes divisae sunt, et de destructis ecclesiis, hic ponere necessarium duxi, ut atten-

a) quod c.

b) quattuor quintae partes lineae vacuae relictae.

c) statutum c.

d) ad c.

e) et c.

f) corr. ex sed.

g) quae c.

h) lugluno c.

dentes regulares constitutiones^a patrum nostrorum, doctrinis variis et peregrinis a metropolis suae quisque regulari consuetudine non abducatur, neque utentes, ut sanctus dicit Hieronimus, pessimis praceptoribus nobismet ipsis,^j qui humilis et mitis magistri discipuli sumus, dicentis: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde*¹, nosmet ipsis dominationi tradamus inepti^b superbiae, quae appellatur novitatum presumptio. Scriptum est enim in praefata synodi, cuius promulgationes magnopere sunt sequende, si secundum diffinitionem canonicam perfecta debet haberi synodus^c, in qua metropolitanus^d cum suis est suffraganeis, secundo capitulo: *De ecclesiis, quae inter coheredes divisae sunt, consideratum est, quatenus, si secundum providentiam et admonitionem episcopi ipsi coheredes eas voluerint tenere, et honorare faciant; si autem hoc contradixerint, ut in episcopi potestate maneat, utrum eas ita consistere permittat, aut reliquias exinde^e auferat.* Et ubi ad beneficium nostrum ecclesie pertinentes ita invente divisae fuerint, ut scribatur^f et nobis renuntietur². In hoc capitulo non habetur scriptum, ut ecclesias divisas inter coheredes episcopus ab eis tollere et de ipsis ecclesiis reliquias auferre debeat, si ipsi coheredes^g eas tenere et honore voluerint; nec habetur in hoc capitulo scriptum, ut ecclesias de beneficio regis vel de episcopatibus seu de monasteriis, quae beneficia regis sunt, a Deo sibi commendata ad defensandum atque dispensatoribus congruis commendandum — quilibet episcopus ecclesias inconsulte destruere debeat. Sed et de huius capituli loco, ubi de ecclesiis inter coheredes divisis memorat, iam in synodo apud Parisios^h conlationem habuimus et communis consensu invenimus, quia ipsi coheredes et censibus et xeniisⁱ ac pastis vel paraveredis seu caballorum pastis — unusquisque de sua parte affligebat presbiteros, ut simul cum misso episcopi^k, etsi necesse foret cum misso regis, convenienter heredes, et, quantum unicuique competeteret, de sua portione daret, et simul omnes de hoc, quod coniectarent, cartam ad ipsam ecclesiam Deo

a) constiones c.

b) neptis c.

c) synodys c.

d) metropolitanus c.

e) exde c.

f) scribantur c.

g) coheres c.

h) parisius c.

i) exeniis c.

k) epa c.

1) Matth. 11, 29.

2) Mon. Germ. LL. I, 350.

et sancto eius, in cuius honore sacrata vel sacranda erat, pro dote simul omnes donarent et subscriptionibus coram testibus^a ex more firmarent, ut nec ipsi nec illorum heredes illa, quae tradita erant ipsi ecclesiae, postea in proprium dividere possent nec servitium aliquod, nisi spiritale, inde exigenter; sed ipsa ecclesia cum dote sua ac decima sic sub inmunitate existeret et ad episcopi dispositionem atque ad presbiteri dispensationem pertineret, sicut dominus imperator Hludowicus de manso ad ecclesiam dato et ceteris ad eam pertinentibus, unde fecit capitulum in suo capitulari¹, constituit; qua sollempni roboratione perfecta, coheredes debitum obsequium et honorem de sua haberent ecclesia. Et hoc ex auctoritate beati Gregorii simul considerantes decrevimus, qui, ut de multis unum ponamus exemplum, quod faciat ad perceptionem dotis consecrandae ecclesiae secundum devotionem et possibilitatem potentium et ad defensionem, quia antiquae ecclesiae pro novis oratoriis suum non debeant perdere privilegium, et ad demonstrationem ordinationis et postestatis episcopi de ecclesiis in suis territoriis constitutis, Gregorius Passivo episcopo: *Valerius, notarius ecclesiae fraternalitatis tuae, petitoria nobis insinuatione suggestit, quod habetur in subditis, in fundo Visiniano iuris sui iuxta muros civitatis Firmanae oratorium se pro sua devotione fundasse, quod in honore beati martyris Savini desiderat consecrari.* Et ideo, frater carissime, si in tuae parrochiae memorata constructio iure consistit, et nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est redditu solidorum trium libero a tributis fiscalibus gestisque municipalibus alligato^b, praedictum oratorium absque missis publicis solemniter consecrabis; ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur, nec presbiterum constituas cardinalem. Et si missas ibi fieri forte maluerit, a dilectione tua presbiterum noverit postulandum, quatenus nihil tale quolibet ab alio sacerdote ulla tenus prae sumatur. *Sanctuaria vero suscepta sui cum reverentia collocabis*^c. Sunt hinc et alia documenta a beato Gregorio et ab aliis pontificibus pluraliter constituta, in quibus non inuniformiter dotes ecclesiarum sunt in illis regionibus designate^c, sed pro offerentium, ut diximus, devotione atque possibilitate perceptae. Hoc vero modis est omnibus procuratum, ut, quamquam diverso modo, loca tamen pro sui qualitate ac quantitate rationabiliter constare valerent.

a) corr. ex testitus.

b) solidos tres liberos . . . alligata c.

c) ita ex designante emendatum.

1) Boretius I, 407.

2) Opp. II, 986.

Unde in synodo Aurelianensi tempore Childeberti capitulum tricesimum tertium ^a habetur: *Si quis in agro suo oratorium fecerit et habet aut postulat habere diocesim, primum et terras ei deputet sufficienter et clericos, qui ibidem sua officia impleant, ut sacratis locis reverentia condigna tribuantur*¹; et nusquam invenitur ab eodem beato Gregorio vel ab alio quocumque Romano pontifice, neque a synodali decreto statutum, ut tradantur ecclesie ab edificatoribus suis episcopo matrici ^b ecclesiae pro hoc, ut debeant consecrari, cum consecratio spiritualis sit gratia, quam ad premium dari non licet; neque invenitur, ut ita sub potestate episcopi maneant, quatenus aedificatores ipsarum ecclesiarum dominii nomine et funditus debitto earum priventur obsequio; nam et in praediis aliarum ecclesiarum tam de episcopis quam et de monasteriis ex antiquo edificate sunt et aedificantur ecclesiae pro opportunitate et convenientia populi in parrochiis nostris cum consensu uniuscuiusque parochiae episcopi, sicut sancti canones decreverunt; et non invenitur, ut ecclesiae rebus ecclesiasticis dotate pro consecratione debeant tradi episcoporum ecclesiis; sed invenitur, ut, perceptis dotibus gestisque municipalibus ad easdem noviter aedificatas ecclesias alligatis, ecclesiae ipsae sacrentur et sub inmunitate a tributis fiscalibus liberae maneant sub potestate et dispositione episcoporum et regimine ac dispensatione ^c presbiterorum. Quod et mysterium signat, sicut Leo papa quodam loco demonstrat. Invenimus etiam, et a regibus et a liberis, tam viris quam feminis, tum ad episcopia, tum ad monasteria, tum etiam quibuslibet cum aliis rebus ecclesias testamento facta donatione traditas, verum et cum integris villis inter quoslibet commutatas, quod a nostris maioribus non legimus contradictum, semper tamen in gubernatione ac dispositione ^d, ut diximus, episcoporum et ^e regimine ac dispensatione presbiterorum fuisse ^f ecclesias, et ipsos presbiteros episcopis canonice fuisse subiectos relegimus, didicimus, audivimus, cognovimus atque tenemus, sicut in Laodicensi ^g synodo capitulum quinquagesimum septimum ^h dicit ⁱ ², ut presbiteri praeter consilium episcopi nihil agant, et

^{a)} secundum c.

^{b)} episcopi matrici c.

^{c)} dispositione c.

^{d)} dispensatione c.

^{e)} ut diximus episcoporum et: in loco raso.

^{f)} s posterior ex e corr.

^{g)} laudicensi c.

^{h)} sextum c.

ⁱ⁾ dicitur c.

1) Mansi IX, 119.

2) Vgl. Mansi II, 573.

in Cartaginensi^a atque in Anthiocheno concilio¹: *Ut, si^b quis presbiter contra episcopum suum inflatus scisma fecerit, anathema^c sit et locum amittat; si querimoniam iustum adversus episcopum habuerit, inquirendum erit², et hinc alia in eodem concilio, sed et in Africano³ atque in Anthiocheno concilio⁴ scripta habentur.* Et in Arausica^d synodo capitulum decimum^e scriptum est: *Si quis episcoporum in alienae civitatis territorio ecclesiam aedificare disponit vel pro fundi sui aut ecclesiastici vel pro quacumque suorum oportunitate, permissa licentia aedificandi, quia prohiberi hoc voto nefas est, non praesumat dedicationem^f, quae illi omnimodis reservatur, in cuius territorio ecclesia adsurgit, et reservata aedificatori episcopo hac gratia, ut, quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet is, in cuius territorio est, vel, si ordinati iam sunt, ipsos habere adquiescat, et omnis ecclesiae ipsius gubernatio ad eum, in cuius civitatis territorio ecclesia surrexerit, pertinebit. Quodsi etiam saecularium quicunque ecclesiam aedificaverit et alium magis, quam eum, in cuius territorio aedificat, invitandum putaverit, tam ipse, cui contra constitutionem ac disciplinam^g gratificare vult, quam omnes episcopi, qui ad huiusmodi dedicationem invitantur, a conventu abstinebunt. Si quis excesserit, in reatum devocabitur; si quis excesserit, ex ordine recognoscatur⁵.* Isti sunt canones, ad quos de Gallicanis dumtaxat se reclamant, sicut, qui ordinem Gallicanorum canonum legit, intellegit capitulum Aurelianensis concilii a quibusdam prave interpraetatum, quo dicitur: *Omnis basilicae, quae per diversa constructae sunt vel cotidie^h construuntur, placuit, ut secundum priorum canonum regulam in eius episcopi, in cuius territorio posite sunt, potestate consistant⁶.* In eius episcopi, inquit haec synodus Aurelianensis, territorio positae sunt ecclesiae, in potestate consistant eius episcopi et non in alterius secundum priorum canonum regulam et non

^{a)} i prior ex e corr.

^{b)} s ex q corr.

^{c)} a secunda ex t corr.

^{d)} aurausica c.

^{e)} nonum c.

^{f)} aedificationem c.

^{g)} l ex i corr.

^{h)} codie c.

1) Mansi II, 1322.

2) Mansi III, 871.

3) Mansi III, 714.

4) Mansi II, 1323.

5) Mansi VI, 437. 438.

6) Mansi VIII, 354.

aliter, id est, ut, sicut Anthiochena synodus nono^a capitulo dicit, unusquisque episcopus habeat suae parrochiae potestatem, ut regat iuxta reverentiam singulis competentem et providentiam gerat omnis possessionis, quae sub eius est potestate, ita ut presbiteros et diaconos ordinet et singula suo iudicio comprehendat¹; non autem in alterius episcopi potestate sint ecclesiae, in cuius territorio non sunt positae, quia eadem^b Anthiochena synodus capitulo tertio decimo decernit, ut nullus episcopus ex alia provintia audeat ad aliam transgredi et ad promotionem ministerii aliquos in ecclesiis ordinare, licet consensum videantur prebere nonnulli, nisi litteris tam metropolitani quam ceterorum, qui cum eo sunt, episcoporum rogatus adveniat et sic ad actionem ordinationis accedat; si vero^c nullo vocante inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus et ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis, irrita quidem, quae ab eo geruntur, existant, ipse vero incompositi motus sui et inrationabilis audaciae subeat ultionem, ex hoc iam damnatus a sancto concilio². Et quia, ut praemisisimus, Aurelianensis synodus, habita tempore Hildeberti regis, paecepit, ut, si quis in agro suo oratorium fecerit et habet aut^d postulat habere diocesim, primum et terras ei deputet sufficienter et clericos, qui ibidem sua officia impleant, ut sacratis locis reverentia condigna tribuatur³. Multi secundum Toletanum concilium contra canonum constituta sic ecclesias, quas edificaverant, consecrari petebant, ut dotem, quam eisdem ecclesiis contulerant, censerent ad eius episcopi, in cuius territorio erant, ordinationem non pertinere⁴; sed, sicut Arausica synodus paulo superius monstrat, ad huiusmodi dedicationem alios invitabant. Quod factum, ut Toletanum concilium dicit, et in praeteritum displicet et in futuro prohibetur; sed omnia, id est primitiae fructum et oblationes eorum, quas veterum institutio tribuit iuxta Gangrense concilium⁵, et ea, quae parrochiis in terris, vineis, mancipiis atque pecuniis quicunque fideles obtulerunt, ut primum quinto decimo^e capitulo Aurelianense^f concilium statuit, in episcopi potestate consi-

a) non c.

b) idem c.

c) sive c.

d) ut c.

e) septimo c.

f) i interposita.

1) Mansi II, 1323.

2) Mansi II, 1324.

3) Mansi IX, 119.

4) Mansi IX, 998.

5) Mansi II, 1111.

stant¹ secundum constitutionem antiquam, id est secundum istam, quam praemisimus, ad episcopi ordinationem, non autem ad exordinationem, et potestatem et gubernationem, non autem ad domini proprii evindicationem, pertineant². Unde ne sub hac occasione quasi sibi ecclesias ut proprias vindicantes episcopi presbiteros depraedarentur, sicut etiam tunc hoc vitium erat exortum, in mox subsequenti capitulo idem Toletanum concilium dicit: *Multorum querela hanc constitutionem exegit, qui cognovimus, episcopos per parrochias suas non sacerdotaliter^a, sed crudeliter desaevire; et cum scriptum sit: Forma estote gregi neque dominantes in clero^b, exactiones diocesi^b suae vel damna infligunt; ideoque (excepto quod veterum^c constitutiones a parrochii habere iubent episcopos) alia, quae hucusque praesumpta sunt, denegentur; et post paululum: Hi vero clerici tam locales quam diocesanei, qui se ab episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad metropolitanum deferre non differant. Qui metropolitanus non^d moretur eiusmodi praesumptiones coercere²; verum et ipse metropolitanus, qui alios coercere iubetur, multo sollicitius cavere debet, ne hoc vitium et ipse incurrat, ne forte ab apostolo audiat: Qui praedicas, non furandum, furaris⁴; qui abominaris idola, sacrilegium facis⁵; quapropter inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudicas. Existimas ergo hoc, o homo, qui iudicas de his, qui talia agunt, et facias ea, quoniam tu effugies iudicium Dei⁶? Graviora enim, ut Hilarius papa dicit, facilita vitia^e peccatorum sublimitas dignitatum, et reatu maiore delinquit, qui potiore honore perficitur⁷. Ecce quam manifestissime nobis ostendunt sancti canones, quam debeamus habere de ecclesiis in nostris territoriis positis potestatem! id est, ut ecclesiae in uniuscuiusque episcopi territorio positae, sive sint de regia dominatione, sive sint de episcopii vel monasterii inmunitate, sive sint de cuiuslibet liberi hominis proprietate, salvo unicuique iure debitae possessionis salvaque unicuique iuris debiti legali possessione, ad episcopi, in cuius terri-*

^{a)} sacerdotalitaliter c.

^{b)} dicesi c.

^{c)} corr. ex vetum.

^{d)} n incipiens ex m corr.

^{e)} via c.

1) Mansi VIII, 354.

2) Mansi IX, 998.

3) 1 Petr. 5, 3.

4) Röm. 2, 21.

5) Röm. 2, 22.

6) Röm. 2, 1, 3.

7) Thiel I, 161.

torio positae sunt, pertineant potestatem, videlicet regularem ordinationem atque iustum in omnibus dispositionem, ut singulæ rusticarum ecclesiarum parochiae hoc, quod constitutum est, habeant et, cuicunque donentur vel in cuiuscumque dominio sint, sub inmunitate debita maneant, et nullum praiejudicium vel exactationem indebitam ex earundem ecclesiarum dotibus neque de decimis a quoquam presbiteri patientur. Similiter et econtra de ecclesiis atque presbiteris in eis constitutis episcopi provideant erga eos, ex quorum dominio sunt ecclesiae, hoc, quod ad eorum pertinet potestatem, id est ordinationem et dispositionem, ut presbiteri eis, a quibus xenia^a tam ex dotibus quam ex decimis accipiunt, spiritualia obsequia sine ullo tipo vel contentione aut rebellione exhibeant et ne, quasi penitus se exutos a seniorum subiectione putantes, dedigentur eis cum debita humilitate obsequia spiritualia impendere, nisi locati fuerint aut praecati, cum, etiam si nihil temporale ab eis consecuti fuissent, gratis spiritualia servitia illis^b impendere deberent^c, sicut scriptum est: *Gratis accepistis, gratis date*¹; multo magis autem nunc, quia de eorum oblationibus vivunt, senioribus atque parochianis suis se debent gratiosos in omnibus salvo iure sui ministerii exhibere, quia, qui non diligitur^d, non libenter in praedicatione auditur; et ut fideles, a quibus temporalia bona percipiunt, non, quasi ex necessitate bona sua Domino offerentes, plena mercede priventur, quia scriptum est: *Hilarem datorem diligit Deus*². Insinuare igitur episcopi debent presbiteris, ut noverint exhibere, cui honorem, honorem, cui timorem, timorem, ut, quod subiungit apostolus: *Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*³, spiritualiter ut spiritales Domini sententiam, quam Iudaeis carnalibus dixerat, compleant, reddentes, quae sunt *Caesaris, Caesari et, quae sunt Dei, Deo*⁴, et certissime cognoscentes, quia, quicquid pater familias, id est dominus Iesus Christus, qui omnes sine personarum acceptione⁵ vult salvos fieri⁶ et neminem vult perire⁷, minus aliquid de salute in quocumque uniuscuiusque presbiteri parochiano per neglegentiam eiusdem presbiteri in-

^{a)} xenia c.

^{b)} illius c.

^{c)} debuerant c.

^{d)} dilitur c.

1) Matth. 10, 8.

2) 2 Kor. 9, 7.

3) Röm. 13, 8.

4) Matth. 22, 21. Mark. 12, 17. Luk. 20, 25.

5) 1 Petr. 1, 17.

6) 1 Tim. 2, 4.

7) Vgl. Matth. 18, 14.

venerit, totum ab eo exiget. Et ideo timere debent presbiteri, ne per eorum neglegentiam vel insolentiam sine causa erga se seniores et parrochianos suos scandalizent, sed ^a, sicut ab eis dotem ecclesiae decimas exigunt, ita omnia obsequia spiritualia illis sine aliqua tarditate ministrent, ne dicat eis Dominus in evangelio, quod dixit se sequentibus turbis ^b, quas de panibus satiaverat: Venistis ad me, non quia miracula vidistis, sed quia ex panibus manducastis ¹, et ideo discedite a me, operarii iniquitatis ², non novi vos ³; quia tales sunt forte presbiteri, qui non ideo quaerunt esse presbiteri, ut populis presbiteralia officia, id est spiritualia ^c ministeria et obsequia salutis ministrent, sed ut ecclesiarum dotibus et fidelium decimis ditescant et etiam a suis melioribus ac maioribus honorentur; nobis autem episcopis hoc debet sufficere, quod patres et doctores atque praedecessores nostri statuerunt de aliorum ecclesiis in nostris parrochiis constitutis, qui nolumus, nostras ecclesias vindicari sub proprii domini usurpatione a quoquam coepiscopo nostro in suo territorio positas, quia scriptum est: Quod tibi non vis fieri ^d, alii ne feceris ⁴, et: Quae vultis, ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis ⁵. Providendum ergo est nobis episcopis, ne, quaerentes ab aliis in nostris parrochiis, quod de ecclesiarum matricum ecclesiis exigere ^e non valemus, quoniam nec debemus nec possumus, decernente Leone ad Rusticum Narbonensem episcopum, ut in his etiam, quae fuerint dubia vel obscura, id neverimus sequendum, quod [nec] ^f preceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum [patrum] ^f inveniatur adversum ⁶, contra consuetudinem et auctoritatem molientes, et statuta incurramus et turpis lucri appetitu notemur, sicut quibusdam accidisse audivimus, quod de praedicta consideratione nostra in praefata synodo habita occasionem sumentes, a quibus potuerunt, suas ecclesias diverso ingenio abstulerunt et suo dominatu subiecerunt ac principali episcopii sui ecclesiae tradi fecerunt; qui enim pro diverso modo oppressis atque afflictis et ad comitatum ire et salva aequitate satagere eisque rationabi-

- ^{a)} et c.
- ^{b)} turpis c.
- ^{c)} spiritualita c.
- ^{d)} cfieri c.
- ^{e)} exige c.
- ^{f)} deest.

-
- 1) Joh. 6, 26.
 - 2) Luk. 13, 27.
 - 3) Matth. 7, 23.
 - 4) Vgl. Tob. 4, 16.
 - 5) Matth. 7, 12 (Luk. 6, 31).
 - 6) Opp. I, 1419.

liter a sanctis canonibus iubemur concurrere, et non pro hoc ullam indebitam ab eis subiectionem require, ecclesiis quoque cum dotibus suis inmunitatem et a tributis indebitis libertatem sine traditionis indebitae requisitione optinere et presbiteris quietem ecclesiasticam providere debemus. Denique in tercio capitulo praefate synodi, tempore domni Hludowici imperatoris habitae^a, ita etiam scriptum est: *De ecclesiis destructis ut episcopi et missi inquisitionem faciant, utrum per negligentiam aut impossibilitatem destructae sint; et ubi negligentia inventa fuerit, episcopali auctoritate illas emendare cogantur hi, qui eas restaurare debuerant; si vero per impossibilitatem contigit, ut aut plures sint, quam necesse sit, aut maioris magnitudinis, quam ut ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopus modum inveniat, qualiter congrue emendari et consistere possint*¹. Et in hoc capitulo non habetur, ut pro occasione destructionis ab eo, cuius fuerat, ecclesiam debeat tollere et suae dominationi, nisi quantum canones praecipiunt, episcopus debeat subdere^b. Et in capitulo septimo memorat^c synodi dicitur: *De decimis, quae dare populus non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est, ne fiat. Et si quis contemptor inventus fuerit, ut nec episcopum nec comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad presentiam nostram venire compellatur; caeteri vero distringantur*^d, *ut inviti ecclesiae restituant, quae voluntarie^e neglexerunt dare*². Et istud capitulum exponit episcopi potestatem, qualis de ecclesiis debeat esse. Et in eadem synodo capitulum sextum legitur: *Quicumque decimam abstrahit de ecclesia, ad quam per iustitiam debet dari, et eam praesumptiose et propter munera aut amicitiam^f vel aliam quamlibet occasionem^f ad alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat*³. Sed et in capitulo quarto praedictae synodi scriptum est: *De uno manso ad ecclesiam dato, de quo aliqui homines contra statuta sibi servitium exigunt, quicumque pro hac causa accusatus*^g *fuerit, comes vel*

^{a}} habetae c; e finiens corr.

^{b}} b ex d corr.

^{c}} distrinngantur c.

^{d}} voluntare c.

^{e}} amicitiam c.

^{f}} corr. ex occasionem.

^{g}} post s posteriorem f sive s erasa videtur.

1) M. G. LL. I, 350.

2) M. G. LL. I, 350. 351.

3) M. G. LL. I, 350.

*missi hoc, quod inde^a subtractum est, presbiteris cum sua lege restituere^b faciant¹. De quo manso in primo libro capitolorum ita scriptum habetur: *Sancitum est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque alio servitio attribuatur, et presbiteri in eis constituti non de oblationibus fidelium, non de domibus neque de atriis vel ortis iuxta ecclesiam positis, neque de praescripto manso aliquod^c servitium faciant, praeter ecclesiasticum; et si aliquid amplius habuerint, senioribus suis debitum servitium impendant².* In huins autem capitulo loco, ubi scriptum est: neque de oblationibus fidelium, intellegendae sunt etiam terrulae vel vineolae, quae pro loco sepulturae vel pro animae suae remedio quiscumque ecclesiae contulit sive contulerit. Unde et suggerendum est regiae maiestati capitulum quintum decimum concilii Toletani, in quo scriptum est: *Ut, si qui ex servis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint easque de sua paupertate ditaverint, hoc procuret^d episcopus prece sua, auctoritate regia confirmari³.* Subiunctum est etiam in subnexo praefati libri capitulo: *Statutum^e est, postquam hoc impletum fuerit, ut unaquaeque ecclesia suum presbiterum habeat, ubi id fieri facultas providente episcopo permiserit.* Et item in supra memorata^f synodo scriptum est: *De his, qui sine consensu episcopi presbiteros in ecclesiis suis constituunt vel de ecclesiis eiciunt et ab episcopo vel a quolibet misso dominico admoniti oboedire noluerint^g, ut^h bannum nostrum rewadiare cogantur et per fideiussores ad palatium nostrum venire iubeantur, et tunc nos decernamus, utrum nobis placeat, ut aut illum bannumⁱ persolvat, aut aliam harmiscaram sustineat⁴.* Et in libro capitolorum octagesimum quartum^k capitulum scriptum est: *Statutum est, ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbiteri in quibuslibet ecclesiis non constituantur nec expellantur.* Et si laici clericos probabiles vita et doctrina episcopis consecrandos*

a) in corr.

b) restiture c.

c) aliquot c.

d) r prior ex o corr.

e) statutum c.

f) a finiens ex o corr.

g) voluerint c.

h) hic a interposita.

i) bann ex dami corr.

k) quintum c.

1) M. G. LL. I, 350.

2) Boretius I, 407.

3) Mansi IX, 996.

4) M. G. LL. I, 350.

*suisque in ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos reiciant*¹. Et in isto capitulo manifestum est, quater intellexerunt patres ac praedecessores nostri capitulum Toletani concilii, in quo dicitur, *iuxta constitutionem antiquam omnia, quae sunt ecclesiae, id est et dotem et decimam vel reliqua quaeque, ad episcopi ordinationem et potestatem pertinere debere*², non, sicut quidam nuper tradere perverse coeperunt, quod dicitur, ut ad ^a episcopi potestatem pertineant, debere intellegi, ut ab aliorum ditione, quorum fuerant, debeant tolli ecclesiae, ut honorem congruum vel obsequium debitum, id est spiritale atque ecclesiasticum seu etiam senioratus nomen, funditus non debeant inde nec possint habere, sed in totum iuris debeant esse episcopi; verum, ut ibidem scriptum est, *ad episcopi ordinationem et potestatem, id est iustum et rationabilem dispositionem, quae ecclesiae sunt, pertinere debere intellexerunt et nobis intellegendum servata consuetudine per tot annorum curricula rationabiliter tradiderunt*. Unde et in praefato capitulo augustali atque synodali dictum est: *Si laici clericos probabiles vita et doctrina episcopis consecrandos*^b *suisque in ecclesiis constituendos optulerunt, nulla qualibet occasione eos reiciant*³.

Si autem clerici, quos laici offerunt, vita et scientia non fuerint inventi probabiles, episcopus domui Dei dignos dispensatores provideat, quia et sancti canones iubent, ut, si in civitate duo ad episcopatum electi fuerint, archiepiscopi providentia is alteri praeponatur, qui maioribus studiis adiuvatur et meritis. Providendum est tamen in hac clericorum praepositione sive reiectione, ut superni inspectoris optutibus ^c simplicem cordis oculum, id est sinceram mentis intentionem, quem latere non possumus, offeramus. Nam si ad episcopi ordinationem et potestatem ita presbiteros et ecclesias sibi commissas in parrochia uniuscuiusque episcopi sitas pertinere intellexerimus, sicuti quidam nuper, ut diximus, coeperunt tradere, non tantum haec duo capitula, id est unum de Aurelianensi synodo, alterum autem de Toletano concilio, quae praemisimus, proferre debebimus, verum multo magis preferendo illis capitulum octavum Calcidonensis concilii et regibus et aliis potestatibus apertis canonum libris ostentare et nobis monasteria, quae non nisi votis et fidelium aelemosinis

^{a)} ab c.

^{b)} consecrando c.

^{c)} optibus c.

1) Boretius I, 406.

2) Mansi IX, 998.

3) Boretius I, 406.

sicut et episcopia atque parochianae ecclesiae pro quantitatis^a sua modo ditantur, vindicare debemus, quo^b dicitur: *Clerici, qui praeficiuntur ptochodochiis^c, vel qui ordinantur in monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in una quaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones potestate permaneant*¹. Quam potestatem, de qua istud canonum dicit capitulum, sanctus Gregorius ad Marinianum Ravennae archiepiscopum scribens exponit: *Praeterea, inquiens, cum episcoporum adventus desideranter a monasteriis debeat expectari, quia tamen hospitandi occasione praedictum monasterium temporibusdecessoris vestri nobis fuisse nuntiatum est praegravatum, oportet, ut hoc sanctitas vestra decenter debeat temperare, ut visitandi exortandique gratia ad monasterium, quotienscumque placuerit, ab eiusdem civitatis antistite accedatur; sed sic caritatis officium illic^d episcopus impleat, ut gravamen aliquod monasterium non incurrat. Vestram vero fraternitatem praedictus abbas non solum non metuit ad monasterium frequenter accedere, sed etiam desiderabiliter concupiscit, sciens, quod per vos substantia monasterii omnino gravari non possit*².

Et ad Iohannem episcopum Scillitanum: *Curae tuae sit, circa actus ac vitam consistentium illic monachorum vigilantem existere et, si quempiam illic prave conversari aut in aliqua inmunditia, quod^e absit, culpa^f inveneris, districta ac regulari emendatione corrigerere. Nam sicut ab his, quae incongrue usurpantur, fraternitatem vestram volumus abstinere, ita in his, quae ad discipline rectitudinem^g vel animarum custodiam pertinentⁱ, esse sollicitam modis omnibus admonemus*³. Et in epistola ad Vitalem defensorem Sardiniae: *Cognovimus, inquit, quod monasteria servorum Dei vel etiam feminarum pro suo quisque libitu diversarum [causarum]^k executione perturbent; quod omnino ingrate suscepimus tuamque ex hoc experientiam commonemus, ne quenquam hoc usurpare denuo accepta nostra*

a) quantitatis c.

b) quod c.

c) pthociis c.

d) c superscripta.

e) aliquam c.

f) quid c.

g) culpam c.

h) rectitudine c.

i) pertinet c.

k) deest.

1) Mansi VII, 375.

2) Opp. II, 907.

3) Opp. II, 922.

auctoritate^a permittas, sed episcopo loci ipsius, sub cuius degunt moderamine, curae sit, causas utilitatesque^b disponere. Valde enim est incongruum, ut omissio eo alius quilibet illorum se causis admisceat, sed ille eorum vitam competenti regulari-que^b debeat moderatione disponere, qui^c pro commissis eorum sibi animabus compelletur reddere rationem¹. De eccliarum autem potestate ad episcopum pertinente in supradicta epistola dicit: Praeterea quaesti^d nobis^e sunt praedicti monasterii monachi, abbatem suum terram intra Scillacinum castrum, quae in sexcentos pedes extenditur, sub praetextu fabricande ecclesię fraternitati tuae donationis titulo concessisse. Et ideo volumus, quantum parietes possunt aedificare ecclesię circumdari, iuri^f ecclesie vindicari; quicquid vero extra parietes eiusdem ecclesie esse potuerit, in ius monasterii^g sine difficultate aliqua revertatur, quia nec mundanarum legum nec sacrorum canonum statuta permittunt, res monasterii de iure eius quolibet titulo segregari. Eapropter donationem eius terrae, quae contra rationem facta^h est, sine aliqua dilatione restitue². Et Anthiocenum concilium dicit, ut unusquisque episcopus habeat sua parrochiae potestatem, ut regat iuxta reverentiam singulis competentem et providentiam gerat omnis possessionis, quae sub eius est potestate, ita ut presbiteros et diaconos ordinet, non autem exordinet, et singula suo iudicio comprehendat³. Quae sit autem reverentia singulis competens, sancti passimⁱ canones et decreta Romanorum pontificum, verum et beatus Gregorius in regula pastorali, sed et idem Anthiochenum concilium capitulo vicesimo quarto et capitulo vicesimo quinto⁴ et Calcedonense concilium capitulo vicesimo sexto⁵ et Carthaginense^k concilium¹ capitulo vicesimo sexto⁶ demonstrant. Ex his et aliis, quae

^{a)} c superscripta.

^{b)} que ex quae corr.

^{c)} post qui p erasa.

^{d)} ante s est e aut i erasa.

^{e)} nobi c.

^{f)} iure c.

^{g)} i finiens ex e corr.

^{h)} fata c.

ⁱ⁾ cod.: sacri p, corr. ex sacrari.

^{k)} corr. ex carthaginense.

^{l)} n et u corr.

1) Opp. II, 981.

2) Opp. II, 922.

3) Mansi II, 1323.

4) Mansi II, 1327. 1328.

5) Mansi VII, 380.

6) Mansi III, 923.

longiuscule supra posuimus^a, tam ex decretis Dyonisii ac Innocentii, quam et ex canonum atque augustorum capitulis, sufficierter ostendimus, quae sit antiqua constitutio a Toletano memorata^b concilio, quae sit etiam priorum canonum regula ab Aurelianensi synodo recensita. Quam voluisse intellegere patres^c gubernationem episcopi et non vindicationem domini^d, et ex septimo^e capitulo Cavillonensium canonum manifeste cognoscimus, quo dicitur, ut defuncto presbitero vel abbe nihil ab episcopo auferatur, vel ab archidiacono vel a quocumque de rebus parochiae et xenodochii vel monasterii aliquid debeat minui^f; quod qui fecerit, iuxta statuta canonum debeat coerceri¹. Multa enim sunt et pene superexcedentia episcopali sollicitudini inter multiplicitia et diversa ecclesiasticarum curarum negotia de rusticaniis ecclesiis atque parrochiis procurare, videlicet ut presbiteri^g virtute merito et scientiae doctrina probabiles in eis sine ulla venalitate constituantur et constituti cum bono nomine, quod et episcopum apostolus habere praecepit ab his etiam, qui foris sunt, degant; ut tabernas non adeant; ut feminis non cohabitent nec detrahendi de se^h locum donent; ut invitati [a] religiosis quibusque pro meroreⁱ carorum suorum non se inebriant neque inter pocula cantare praesumant, sed cum religione prandeant et cum sobrietate bibant et, quae ad aedificationem pertinent, loquantur et ad tempus ad ecclesias suas redeant et sic ruralibus et caeteris occupationibus inserviant, ut divinum officium non dimittant, et scolarios suos modeste distringant, caste nutrient et sic litteris imbuant, ut malam conversationem^k destruant, et puellulas^l ad discendum cum scolariis suis in scola sua nequaquam recipient; ut turpi lucro et negotiationibus non inserviant et usuras non faciant et in suis fieri parrochiis^m non permittant; ut in unoquoque mense statuta die per singulas decanias simul convenient et convenientes non pastis vel potationibus vacent, sed de suo ministerio et de religiosa conversatione atque de his, quae in

^{a)} cod.: possuimus, corr. ex posuumus.

^{b)} ta superscriptum.

^{c)} superscriptum.

^{d)} dominii c.

^{e)} octavo c.

^{f)} minuari c.

^{g)} corr. ex presbiter (i adscripta).

^{h)} trahendi se c.

ⁱ⁾ meroris c.

^{k)} mala conversatione c; tum non erasum.

^{l)} l tertia ex d corr.

^{m)} r prior superscripta.

eorum parrochiis accident, sermonem^a habeant et, qualiter pro rege vel pro rectoribus ecclesie atque pro suis familiaribus, tam vivis quam et defunctis, orare debeant, simul considerent; ut scrutinia per baptismales ecclesias fiant et baptizati mox post baptismum communicentur, sollicite studeant, quia, qui dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum*¹, ipse dixit: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*²; ut sicut presbiteri psalmos et sermonem fidei catholicae, cuius inicium est: *Quicumque vult salvus esse, et canonem missae ac cantum vel compotum, ita et consignationem infantum, tam masculorum quam et feminarum, unius vel plurium, et consecrationem fontis et aquae spargendę per domos et ad mortuum sepeliendum memoriter teneant et distincte proferre tam super masculum quam super feminam sciant et curam publice poenitentium habere sciant et orationes visitationis illorum memoriter teneant et maximam curam adhibeant, ut, sicut nemo sine baptismo, ita nemo, sed neque publice penitens, si infirmatus fuerit, absque viatico munere moriatur — et manifestissime sciant, quam grande periculum habeant, quoniam Simoni mago et Iude traditori erunt similes, si pro praetio aut pro familiaritate aut propinquitate neglegenter poenitentes ante tempus ad reconciliacionem adduxerint et eis reconciliandi testimonium dederint, vel si cum^b fervore et diligentia poenitentes aliqua amaritudine vel, quod absit, odio, aut quia nichil illis ab eis tribuitur, a reconciliatione suo testimonio suspendi fecerint, qui ut comministri, ita et cooperatores in ministerio divino a Deo sunt constituti episcopis; sed, etsi publice poenitentes pro certa necessitate vel ratione ante preffixos a canonibus annos fuerint reconciliati, sicut ante reconciliationem^c secundum poenitentium^d possibilitatem et qualitatem de eorum poenitentia^e sollicitudinem habuerunt, ita et post reconciliationem eorum vitam et conversationem non neglegant, sed solerter attendant, scientes, sibi sicut et episcopis secundum suum modum dictum: *Speculatorēm dedi te domui Israhel*³, et de unoquoque sibi commisso illi a Domino dici: *Sanguinem eius de manu tua**

^{a)} m finiens corr.

^{b)} corr. ex con.

^{c)} re superscriptum.

^{d)} cod.: poenitentium in poenitentum emendatum.

^{e)} ante a est i altera deleta.

1) Joh. 3, 5.

2) Joh. 6, 54.

3) Ezech. 3, 17 (33, 7).

*requiram*¹ — ut infirmos suos post confessionem et reconciliationem oleo sancto perungant^a et tunc eos communicent et, si ante adventum eorum infirmus obmutuerit, et certi testes sunt, vel ipse infirmus tale signum ostenderit, quia penitentiam petiit, quam mora sacerdotis^b ab eo exclusit, viatici ei munus donent (unctionem autem sancti olei publice poenitentibus ante reconciliationem exhibere non debent); ut presbiteri vilici non fiant; ut procuratores viduarum non existant; ut conductores agrorum secularium non sint neque ullo turpi negocio et inonesto victum quaerant; ut de viduarum conversatione sic^c curam habeant, quatenus opinionem suam non inflamment, nec de se locum detractioni donent; ut curam habeant, ne ministri rei publice advenas et pauperes adfligant; quod si per se emendare non potuerint, archidiacono vel episcopo innotescant; ut presbiteri cancellarii publici et cartarum atque testamentorum conditores vel tutores non fiant; ut presbiteri publica iudicia non adeant; ut, si presbiteris aliqua civilis causa commota fuerit, advocatos suos ante episcopum vel ante archidiaconum donent et sic iustitiam per advocatos suos, quos leges procuratores vel causedicos appellant, adversum se quaerentibus reddant, sicut ipsi per suos advocatos adipisci iusticias volunt; si autem crimen institutum fuerit presbyteris, per se ante episcopum vel ante iudices, qui ab eo fuerint constituti, rationem canonice reddant; ut presbiteri fideiuersores non fiant; ut sollicite^d presbiteri studeant, quatenus ieunia quattuor temporum sive indicta ieunia observentur; ut dies dominici et decree festivitates ferientur^e; ut unusquisque presbiter studeat, quatenus homines suae parochiae per decretas festivitates, quantum fragilitas humana permittit, corpore et mente abluti communicent. Unde necesse est, ut tales archidiaconi atque decani ab episcopis constituantur, qui oderint avaritiam et casti ac sobrii sint atque docibiles, quatenus presbiteros exemplo et verbo suo non destruant; qui ad hoc constituti sint^f, ut formam instructionis subditis praebent; qui presbiteros suis paratis et mansionaticis non gravent; qui eos suis petitionibus et eulogiarum expetitionibus non expolient; qui pro inquisitione de illorum ministerio, vel pro cooperienda^g illorum mala fama, vel pro

^{a)} corr. ex perungunt.

^{b)} i ex e corr.

^{c)} e superscripta.

^{d)} ei superscriptum.

^{e)} corr. ex feerentur.

^{f)} sunt c.

^{g)} a ex o corr.

decimis adaugendis, quas^a ab aliis tulerunt, vel parrochiis emeliorandis, quas non licet dividere, locarium^b non accipient; qui a convenientibus in synodum sub nomine eulogiarum^c presbiteris denarios vel incompetentia munuscula non quaerant neque accipient; qui pro constituendis per ecclesias clericis^d praetium nullum accipient; qui ab ordinandis, quod absit, quodcumque vel quantumcumque munus nec etiam gratiam familiaritatis vel obsequium indebitum suscipiant; qui provideant, ut ecclesie dotes et decimas regulariter habeant, quas presbiteri regulariter per episcopi dispositionem secundum regularum^e constitutionem dispensent, et ut secundi ordinis pastores docendo et exempla bona monstrando populum pascant, se ipsos regant, malos corrigant, bonos in rectam viam dirigant, penitentium et infirmorum curam eos sepius visitando et indigentibus, prout potuerint, ministrando sollicite habeant, hospitales sint, comministros, cum quibus honeste officium divinum agere possint, habeant, matricularios vetulos vel vetulas atque infirmos vel quacumque necessitate afflictos et pauperes de sua parrochia^f, a quibus decimam ipsi vel sui antecessores acceperant, pro decime quantitate habeant, non autem nonarios^g iuvenes, vel de quibus deurnas operationes sive pullos aut aliud locarium accipient, neque propinquos suos, qualiter secundum suam qualitatem bene vivere possunt, de matricula pascant — et ut debita pars^h decimae ad ipsos matricularios perveniat, episcopus quisque per se vel per comministros suos provideat; de parte etiam decime, quae fabricis debetur ecclesie, quid per singulos annos inde in ecclesiaⁱ pareat, episcopus per se vel per comministros suos rescire sollicitus curet — et ut ecclesias et altaria et vasa sacra et vestimenta pro possibiliitate^k honesta et lintearmina munda et libros correctos et loca, ubi post sumpta mysteria manus et ora sua lavent, composita habeant, et domus Dei a sapientibus sapienter administretur, atque domus suos honeste secundum possibilitatem presbiteri parent et excolant. Sepulturas mortuorum ecclesiastica honestate et pietate disponant, et, ne pro sepeliendis hominibus xaenia^l

^{a)} quam c.

^{b)} corr. ex loricarium.

^{c)} a interposita.

^{d)} clericos c.

^{e)} regularem c.

^{f)} a finiens ex e corr.

^{g)} nonnanes c.

^{h)} pras c.

ⁱ⁾ a ex e corr.

^{k)} s prior superscripta.

^{l)} cod.: exania; post a priorem e superscripta ab eo, qui in margine scholia scribere solet; hic v. g. exenia id est premia vel dona.

exquirant, sollicite episcopi providere studeant; si autem a devotis pro suis mortuis quiddam ecclesiæ vel presbiteris sponte offertur, a presbiteris accipi non prohibeant. Et ne in suis parrochiiis diu discordantes sint neque criminalia peccata in eis admittantur, prout possunt provideant, et que per se non possunt corrigere vel perpetrata emendare, quantocius episcopo suo quisque innotescere curet. Sed et quod rationabile atque possibile est^a, ut debitum servicium^b quisque presbiter suo seniori, si aliquid supra mansum ecclesiasticum habuerit, vel si nichil super mansum ecclesiasticum habuerit^c — quod obsequium non pro consuetudinario ac debito censu, sed iuxta possibilitatem pro voluntaria oblatione ac eulogiarum, id est benedictionum gratia suo seniori sine ecclæsiae dispendio ac sine honoris sui detrimento valeat et debeat, sicut in libro primo capitulo dicitur¹, exhibere, ut pax et concordia inter illos sit, debet episcopus quisque disponere. Nam et episcopi de oblationibus fidelium, de quibus episcopia et monasteria ac senodochia constant, regibus et his, qui in sublimitate rei publice sunt, honorem cum orationis instantia vel^d sine traditione ecclesiastica^e exhibemus, ut quietam et tranquillam vitam cum pietate agamus. Et ne seniores presbiteros gravent, quod et de se et de suis ministris providendum præcipiunt canones, debent episcopi providere, adeo ut, quibus carnalia non seminant, spiritualia^f eorum non metant² et absque pecunia praedicationis et intercessionis fructus eorum non comedant. Quibus evangelizantibus, si necesse fuerit de evangelio vivere, sicut providere debent episcopi, ut carnis curam in desideriis non faciant, sed^g necessitati tantummodo consulant, ita discrete providere debent, ut occasiones suae necessitatis sua^h vel suorum superfluitateⁱ presbiteros non superflue gravent. Nec debent sub^k evangelizandi occasione parochias^l circuire, ut suis facultatibus parcant et a presbiteris sumptus accipient, quatenus de facultatibus presbiterorum ditescant, sed ideo cum mensura et discretione

^{a)} se c.

^{b)} r corr.

^{c)} iteratum: vel si nihil super mansum ecclesiasticum habuerit.

^{d)} non c.

^{e)} ecclesiasticae c.

^{f)} spiritualia non seminant carnalia c.

^{g)} superscriptum.

^{h)} in fine e erasa.

ⁱ⁾ superfluitatem c.

^{k)} corr. ex sup.

^{l)} r posterior ex o corr.

1) Boretius I, 407.

2) Vgl. 1 Kor. 9, 11.

sumptus sicut a comministris parochias circumeundo accipere, ut evangelizare sufficient; sine evangelizatione autem episcopi a presbiteris paratas non debent exigere, nec pro paratis a presbiteris ullo modo redemptionem accipere, aut alia quaeque xenia^a sive paraveredos suo vel archidiaconi^b nomine itineris vel synodi seu chrismatis occasione quasi pro balsami emptione sive alicuius conlationis expetitione aut datione inhonesta usurpare, vel pro ecclesiis, quae quasi in eius sint potestate, indebita aemolumenta requirere. Eulogias autem voluntarias et presbiteris possibles debent cum gratiarum actione recipere, quoniam episcopus^c, ut Petrus docet apostolus¹, non debet dominari in clero, sed forma esse gregi, et ut Paulus ad Chorinthios scribit², episcopos instruens, qui circumeundo^d parochias de suo vivere possunt: non est usus potestate sibi concessa de evangelio vivere, ut non esset subditis onerosus, et ne quem gravaret, neque abuteretur^e potestate sua in evangelio, sicut et apostolici viri de aliqua portione decimae episcopis providerunt, qui in illis regionibus ecclesias gubernabant, in quibus aut ita vel tantas possessiones parochiae^f non habebant, sicut in nostris provinciis, auctore Deo fidelium crescente devotione, rebus ecclesiae sunt ditatae et per parochias quasdam suis rebus sufficient. Ad quos etiam, qui minus de possessionibus suis sufficient, sanctus Gregorius scripsit dicens: *Præterea relatum est nobis, sanctæ memoriae decessoris mei temporibus fuisse dispositum, ut sacerdotes per diversas vestras dioceses constituti, quotiens ad consignandos infantes egredimini, ultra modum gravari minime debuissent^g.* Unde fraternitatem vestram admoneo, ut subiectis vestris graves non studeatis existere, sed, etsi qua sunt gravamina, temperetis^h. Et in futura enim et in praesenti vobis vita prospicitis, si eos, qui vobis commissi sunt, sine gravamine conservatis. Et in Toletano concilio, ut premissimus, scriptum est: *Multorum querela hanc constitutionem exigit, quia cognovimus, episcopos per parochias suas non sacerdotaliter, sed crudeliter deseuvre;* et, dum scriptum est: *Formaⁱ estote gregi neque dominantes in clero¹,*

- ^{a)} xenia c.
- ^{b)} i finiens ex o corr.
- ^{c)} episcopi c.
- ^{d)} o ex e corr.
- ^{e)} abutetur c.
- ^{f)} parochias c.
- ^{g)} n superscripta.
- ^{h)} in loco raso.
- ⁱ⁾ cformam c.

1) 1 Petr. 5, 3.

2) 1 Kor. 9, 14 und 2 Kor. 11, 9.

exactiones diocesi^a sua vel dampna infligunt; ideoque (excepto quod veterum^b constitutiones a parrochiis habere iubent episcopos) alia, quae hucusque praesumpta sunt, denegentur, hoc est neque in angariis presbiteros aut diaconos^c neque in aliquibus fatigent inductionibus^d, ne videamur in ecclesia Dei exactores potius, quam Dei pontifices nominari. Hi vero clerici tam locales quam diocesanei, qui se ab episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad metropolitanum deferre^e non differant. Qui metropolitanus non moretur eiusmodi prae-sumptiones coercere^f. Hinc etiam et alibi Toletana¹, sed et Bracarensis synodus² ac^f concilia caetera pro qualitate et convenientia provinciarum secundum moderationem^g singulis competentem ordinaverunt; et Bracarensis quidem synodus statuit, ut nullus episcoporum^h suas dioceses perambulans praeter honorem cathedræⁱ sue, id est duos solidos, aliquid aliud per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat³; Toletana^k autem synodus: Ut cum episcopus diocesim visitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec umquam quinquagenarium numerum evectionis excedat, aut amplius quam una die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat, alioquin tamquam sinodalium constitutionum transgressor correptioni procul dubio canonum subiacebit⁴. Quidam autem nostrum surda aure constituta transimus et rebus ac facultatibus abundantes onerosi cum multitudine pergentes consacerdotibus nostris existimus et sumptus^l immoderatos accipimus et denarios conludio ingenios exquirimus, qui de moderatione ac discretione in accipiendis per parochiam sumptibus — et quia pro nullo munere spiritali aliquod^m temporale praemium debeamus exquirere, quoniam symoniacaⁿ est heresis — et de aliis etiam nobis sacerdotibus

a) diocesis c.

b) verum c.

c) diacones c.

d) inductionibus c.

e) defere c.

f) synodia c.

g) moderationem c.

h) episcopum c.

i) catedræ c.

k) initio: toletanna; n erasa.

l) subtus c; b ex p corr.; t corr.

m) corr. ex aliquid.

n) symonica c.

1) Mansi IX, 998.

2) Mansi IX, 838.

3) Mansi IX, 839.

4) Mansi X, 769.

necessario et utiliter tenendis et observandis, si omeliam beati Gregorii: In evangelio designavit Iesus et alios septuaginta duos, attenta mente legere et in archano^a mentis ea, quae legerimus, voluerimus recondere^b, maximam nostris et moribus et operibus medicinam poterimus^c ex ea adsumere. Si etiam pastoralem ipsius regulam sedula ac sensualiter curaverimus revolvere, et non^d tantum ut aliis nostram possimus scientiam ostentare, aut per eandem^e scientiam, quae non sine caritate aedificat, sed sine dilectione inflat, subiectorum conscientiam magistri diro absque pio patris affectu possimus percuciendo opprimere, sed potius ut mores nostros corrigere et doctrinam nostram moderatione condire, perinde quae subditorum valeamus saluberrime correctioni providere, optimum et nostrae et commissorum nobis saluti in ea valebimus antidotum reperire^f.

Haec est ordinatio et potestas episcopi de parochianis ecclesiis, et quam plura sunt alia, quae ad ordinationem et potestatem episcopi de ecclesiis pertinent, quae hic longum fuit nobis inserere quaeque ille facile potest et discere et docere, qui pietati^g religionis et honestati conversationis ac custodiae caritatis et pacis vult studium sollicite adhibere. Si in his, quae diximus, cum aliis ad se pertinentibus satis non habet de potestate episcopus, ad quae intra caritatis terminos se possit extendere, requirat^h apud metropolitanum suum vel in synodo, tantum ut divinis regulis non fiat contrarium, et accipiat, in quibus appetitum suum valeat potestative distendere. De his, unde iussistis, domine Karole rex gloriose, prout potui, iuxtaⁱ capacitatem sensus mei ex patrum constitutionibus, sicut eas in Remorum parrochia custodimus, a nostris etiam praedecessoribus conservatas^k, scribere procuravi, non quasi ex meo singulari iure generalem omnibus Domini sacerdotibus, quod solius est apostolice sedis, imponens observantiam: si quiddam consilii gratia aut mihi visum fuerat pro convenientia rationis aut^l commoditate plebis dicendum, caritate compellente putavi, quod sanctis regulis obviare non valeat, a quibus neminem deviare auctoritas ipsa permittit. Expressis autem^m [verbis] vobis designare decrevi, quia, sicut

a) h superscripta.

b) cod.: recondare, corr. ex recordare.

c) m ex l corr.

d) n finiens superscripta.

e) n superscripta.

f) dimidia pars lineae vacua relicta.

g) i finiens ex e corr.

h) q ex p corr.

i) iu in loco raso.

k) ea . . . conservata c.

l) et c.

m) e xps [= christus!] suis autem c.

certa relatione et inolito usu didicimus, a tempore gloriosissime memoriae beati Remigii, Francorum apostoli, in Remorum parochia nullam conlationem episcopi ipsam circumeuntes parrochiam a presbiteris acceperunt, nisi forte cuicunque presbitero placuit benedictionis gratia quantulascumque eulogias episcopo praesentare. Quam piam consuetudinem et nostra exiguitas consequenter observat, quoniam hanc beatum Remigium ^a ex apostolica divini Pauli doctrina in parochia sua constituisse et suis successoribus tradidisse veraciter credimus, quia idem praedicator egregius et doctor gentium dicit: *Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est, si nos carnalia ^b vestra metamus* ¹? Sed non usi ^c sumus hac potestate; sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus evangelio Christi. Nescitis, quoniam, qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt? et, qui altari deserviunt ^d, cum altari participantur? Ita et Dominus ordinavit ^e his, qui evangelium adnuntiant, de evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum. Non scripsi autem haec, ut ita in me fiant. Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Nam si evangelizavero, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit. Vae enim mihi est, si non evangelizavero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensacio mihi credita est. Quae est ergo merces mea? Ut evangelium praedicans sine sumptu ponam evangilium, ut non abutar potestate mea in evangelio ². Forma ergo vult, inquit Ambrosius, esse ceteris, ut, ubi vident non expedire, etiam licitis non utantur. Sic homines ^f de licto fient rei ^g, quod sumunt, ut ad detrimentum proficiat ³. Et sanctus Augustinus: In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: *Pax huic domui; et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illam pax vestra; sin autem, ad vos revertetur.* In eadem autem domo manete edentes et bibentes, quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua ⁴. Hic apparet, non esse illi iussa, sed permissa, ut, quisquis uti vellet, eo ute-

^{a)} a beato remigio c.

^{b)} a finiens ex u corr.

^{c)} nonisi c., corr. ex nos usi.

^{d)} deserviunt c.

^{e)} n superscripta.

^{f)} sicominus c.

^{g)} r superscripta.

1) 1 Kor. 9, 11.

2) 1 Kor. 9, 12—18.

3) Diese Stelle kann ich nicht nachweisen.

4) Luk. 10, 5—7 (5, 6 bis revertetur auch Augustini Opp. X, 776).

retur, quod sibi liceret ex Domini constitutione; si quis autem uti nollet^a, non contra iussum faceret, sed de suo iure cederet^b, misericordius et laboriosius conversatus in evangelio, in quo et debitam mercedem^c nollet accipere; alioquin contra iussum Domini fecit apostolus, qui, posteaquam ostendit, sibi licere, statim subiecit: *Sed tamen ego non sum usus ac potestate; bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet¹.* Quam gloriam? Nisi quam habere voluit apud Deum, in Christo compaciens infirmis, sicut mox apertissime dicturus est: *Nam si evangelizavero, non est mihi gloria; necessitas mihi incumbit, id est sustentandae huius vitae; ve enim mihi est, si non evangelizavero²,* id est malo meo non evangelizabo, quia fame cruciabor et, unde vivam, non habeo. *Nam sequitur et dicit: Si enim volens hoc ago, mercedem^d habeo³;* volentem se dicit facere sine ulla vita huius fulcienda necessitate, et ob hoc habere mercedem utique apud Deum gloriae sempiternae^e; *si autem invitus, dispensatio mihi credita est⁴,* id est, si necessitate transeundē^f huius vita invitus cogor^g evangelizare, dispensatio mibi credita est, ut scilicet et^h dispensatione mea, quia Christum, quia veritatem praedico, quamvis ex occasione, quamvisⁱ mea querens, quamvis terreni aemolumenti necessitate conpulsus, alii proficiant, ego autem mercedem apud Deum gloriosam illam^k sempiternamque non habeam. Qui ergo non possunt facere, quod Paulus, ut manibus suis se transigant, accipient de lacte ovium sustentationis sua^l necessitatem, sed non neglegant ovium infirmitatem; non hoc ibi quaerant, tamquam commodum suum, ut ex necessitate penuriae sua^m videantur adnuntiare^m evangelium, sed hominibus inluminandis parent lucem verbi veritatis; sunt enim tamquam lucerne, sicut dictum est:

^{a)} 1 posterior superscripta.

^{b)} ius recederet c.

^{c)} mecedem c.

^{d)} mercedam c.

^{e)} ita emendatum ex semperiternae.

^{f)} transiendē c.; inter i et e est g erasa.

^{g)} coger c.

^{h)} ante et est u per punctum suppositum irrita facta.

ⁱ⁾ a ex u corr.

^{k)} millam c.

^{l)} sustenten suam c.

^{m)} adnuntiare c.

1) 1Kor. 9, 12. 15.

2) 1Kor. 9, 16.

3) 1Kor. 9, 17.

4) 1Kor. 9, 17.

Sint lumbi vestri accincti^a et lucerne ardentes¹, et nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt; sic luceat lumen^b vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificant patrem^c vestrum, qui in caelis est². Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nonne adiceres oleum, ne^d extingueretur? Porro lucerna, si accepto oleo non luceret, non erat plane digna, quae in candelabro^e poneretur, sed quae continuo frangeretur. Unde ergo vivitur, est necessitatis accipere, est caritatis^f praebere, non tamquam venale sit evangelium, ut illud sit praetium eius, quod sumunt qui adnuntiant, unde vivant. Si enim sic vendunt, magnam rem vili vendunt: accipiant necessitatem sustentationis a populo, mercedem dispensationis a Domino. Si enim evangelizavero, inquit^g apostolus, non est mihi gloria³, id est, si propterea evangelizavero, ut ad illa perveniam, et finem evangelii in cibo et potu et vestitu collocavero. Sed quare non est ei gloria? Necessitas enim, inquit, mihi incumbit³, id est, ut ideo evangelizaem^h, quia, unde vivam, non habeo, aut[ut] adquiram temporalem fructum de praedicatione aeternorum; sic enim iam necessitas erit in evangelio, non voluntas: Ve enim mihi erit, si non evangelizavero³! Sed quomodo debet evangelizare? Scilicet ut in ipso evangelio et in regno Dei ponat mercedemⁱ. Ita enim potest non coactus evangelizare, sed volens: si enim volens, inquit, hoc ago, mercedem habeo; si autem^k invitus, dispensatio mihi credita est⁴, id est, si coactus inopia earum rerum, quae temporali vitae sunt necessariae, praedico evangelium, alii per mae abebunt^l mercedem evangelii, qui evangelium ipsum me praedicante diligenter, ego autem non habeo, quia non ipsum evangelium diligo, sed eius premium in illis temporalibus^m constitutum. Quod nefas est fieri, ut non tam-

a) luburim accinti c.

b) lumem c.

c) patrum c.

d) nec c.

e) n superscripta.

f) caritas c.

g) t ex d corr.

h) evangeliza em c.; r erasa.

i) mecedem c.

k) aut c.

l) a superscripta, b prior corr.

m) l ex r corr.

1) Luk. 12, 35.

2) Matth. 5, 15. 16.

3) 1 Kor. 9, 16.

4) 1 Kor. 9, 17.

quam^a filius ministret quisque evangelium, sed tamquam servus, cui dispensatio^b credita est, ut tamquam^c alienum erogans nihil inde ipsae capiat, praeter cibaria, quae non de participatione regni, sed ad sustentaculum misere servitutis dantur extrinsecus. Sicut autem omnes militantes accipiunt annonam et stipendum, sic omnes evangelizantes accipiunt victum et tegumentum; sed non omnes propter salutem rei publice militant, sed propter illa, quae accipiunt: sic non omnes propter salutem ecclesiae ministrant Deo, sed propter haec temporalia, quae tantam annonam et stipendia consequuntur; de quibus dicitur a Domino: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam¹. Ergo simplici corde tantummodo propter regnum Dei debemus operari bonum ad omnes, non autem^d in hac operatione vel solam vel [cum] regno Dei mercedem temporalium cogitare². Ex his verbis doctoris egregii cogitare debemus nos, si qui forte sumus, qui et stipendia pro divina servitute in populo a presbiteris accipimus et eandem divinam servitutem populis non impertimur [et], etsi nobis licitum non est, ut obsequia victualium accipiamus, redemptionem pro expensis victualium quaerimus, quantum dedecus quantumque^e periculum incurrimus, qui bonum nomen, docente apostolo^f, etiam ab his, qui foris sunt^f, habere^g debemus, et aliis, qualiter pericula devitent, insinuare debemus, et qui, a rege terreno in aliquod longius iter et in prolixiori spatio admoniti, carra et sagmas ad nostra nostrorumque stipendia oneramus, ut de nostro, quin de oblationibus fidelium, quibus dotate^h sunt ecclesiae nobis commisse, ad rei publicae servitium vivere sufficiamus, ne, si nostri alios, per quos nobis iter fuerit, deprædari temptaverint, et iram Dei et malum nomen et offensam principis incurramus et ea, quae perpere acta fuerint, per legem emendare cogamur. Ad munia divina exequenda in populos de eisdem fidelium oblationibus, quibus dotate^h sunt ecclesiæ nobis commissæ, vivere non volumus, sed parcentes opibus nostris sacerdotes per parrochias nostras gravamus, expensas tales quaerentes et exigentes, quales et quantas in domibus nostris nequaquam accipimus, insuper

^{a)} tam c.

^{b)} s posterior ex t corr.

^{c)} quam superscriptum.

^{d)} ante c.

^{e)} quantumque c.

^{f)} s ex i corr.

^{g)} superscriptum.

^{h)} dicte c.

1) Matth. 6, 2. 5.

2) Augustini Opp. III, 2, p. 221. 222.

3) 1 Tim. 3, 7.

et, quae de acceptis expendere superfluitas eorum prohibet, ad domus nostras reducimus, ut nostras divitias augeamus. Talia etiam requirimus, quorum mentionem ministeriales nostri in recipienda^a dispensa a iudicibus nostris non faciunt, non adtendentes preceptum dominicum, quo dicit: *In quamcumque^b domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui; et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illam pax vestra.* In eadem autem domo manete edentes et bibentes, quae apud illos^c sunt¹: quae, inquit, sunt apud illos, et non pro exquisitis deliciis faciamus quaerere aliorum eos, quae apud illos non sunt; quia non ideo debemus evangelizare, ut delitiose manducemus, sed ideo ad necessitatem carnis manducare, ut evangelizare sufficiamus. Nam si propterea evangelizamus, ut de aliorum inopia nos ditescamus, earum vili vendimus; et vilius habemus evangelium, quam cibum, et erit iam bonum nostrum in manducando, necessarium autem in evangelizando; quod etiam apostolus innundo abnuit, cum dicit², licere sibi quidem et permissum esse a Domino, ut qui evangelium adnunciant, de evangelio vivant, id est, de evangelio habeant ea, quae huic vitae sunt necessaria, sed tamen se non esse abusum hac potestate. Erant enim multi, qui occasionem habere cupiebant adquirendi et vendendi evangelium, quibus eam volens amputare, apostolus manibus suis victimum suum toleravit; de his enim ad Corinthios dicit: *Ut amputem^d occasionem^e his, qui quaerunt occasionem^f.* Et qui per sanctos canones in mandatum accepimus, ut sedentes in consessu ecclesiastico consacerdotes nostros stare inhonoratos^f non paciamur, et ab apostolo, honorari debere presbiteros, maxime autem eos, qui laborent in verbo, suscepimus, et qui, honorari ab eisdem consacerdotibus nostris et etiam ab amplissimis saeculi potestatibus quaerentes, *primas cathedras in conventibus et salutationes in foro et vocari ab hominibus rabbi⁴* non mediocri intentione ambimus, consacerdotes nostros a ministerialibus nostris etiam laicis in exigenda dispensa non solum dehonorari, verum et expoliari sustinemus, adeo ut^g nobis possit aptari: *Qui praedicas,*

- ^{a)} recipida c.
- ^{b)} quacumque c.
- ^{c)} illo c.
- ^{d)} aputem c.
- ^{e)} accasionem c.
- ^{f)} inhonoros c.
- ^{g)} superscriptum.

1) Luk. 10, 5—7.

2) 1 Kor. 9, 14.

3) Augustini Opp. III, 2, p. 221 (2 Kor. 11, 12).

4) Matth. 23, 6. 7.

non furandum, furaris; qui abominaris idola, sacrilegium facis¹, surda aure transeuntes^a apostolum dicentem: An putas, o homo, quia, qui talia [agunt], iudicas et facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei²; et qui debemus providere, ut de decimis et oblationibus fidelium a presbiteris ecclesiae restaurentur, hospites et pauperes^b suscipiantur, matricularii nutriantur, sic eos depraedamur, ut non illis remaneat, unde vivant. Nam si qui nostrum tales sunt, qui non habent sic sufficienes^c ecclaeasias, ut in circuicione parrochiarum de stipendiis ecclesiæ suae vivere possint, talem modum in acceptione sumptuum accipere debent, ut et ipsi per parrochias evangelizare sufficient, et illis sumptus non ad superfluitatem, sed ad necessitatem sufficient. Unde apostolus^d legale ponit exemplum dicens: Non obturabis os bovi trituranti³. Bos enim in tritura arae magis laborat triturando, et ad comparationem laboris minus est quod accipit de loco ad locum buccatum sumendo, et sic laborem ad effectum, in quem missus est, perducit et ipse in laborando sufficit perdurare. Sic et praedicator, si de suo per parrochias^e vivere non sufficit, et non superflua, sed necessaria potest accipere et mercedem caelestis regni pro labore cum fiducia expectare. Possumus quippe ex secularibus nos, qui spiritales^f esse debemus, nostra pensare; si enim comites a francis hominibus plus debito canonem exegerint^g et inde convicti^h fuerint ante regem, notum est, quod iudicium debeant sustinere, qui in suis comitatibus contra rectum faciunt, et timere debemus Deum, qui non secundum faciem, sed iustum iudicium iudicabit, et qui per nos alios iudicat, per se ipsum in nos iudicium exercet et reducet nobis in improperium, quod ante predixit ad correctionem de servo, qui dicit: Moram facit dominus meus venire; percutit autem conservosⁱ suos, manducat et bibit; quia talis^k servi portionem^l ponet cum hypocritis⁴.

- a) transeaintes c.
- b) et pauperes in loco raso.
- c) sucientes c.
- d) l superscripta
- e) i interposita.
- f) spiritatles c.
- g) exigunt gunt [?] c.
- h) convicti c.
- i) cum servos c.
- k) talius c.
- l) p corr. ex s.

1) Röm. 2, 21. 22.

2) Röm. 2, 3.

3) 1 Kor. 9, 9 (1 Tim. 5, 18).

4) Matth. 24, 48. 49. 51.

Contra quae audivimus, quosdam nostri ordinis dicere, quia non contra rectum facit, qui de presbiteris tantum prendit, quoniam de omnibus, quae habet presbiter, quarta pars secundum canones episcopi usibus^a cedi debet. Legant, qui hoc dicunt, decreta Gelasii, in quibus haec sententia scripta est; et manifeste invenient, non de his hoc decretum fuisse, quae habent presbiteri, sed ut de his, quae habent episcopi, *quattuor fiant portiones, quarum una sit pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis ecclesiae applicanda*¹. Legant etiam epistolas beati Gregorii ad Leonem episcopum^b Catenensem² et ad Iohannem episcopum Panormitanum^c³ et precipue epistolam ad Augustinum Anglorum episcopum^d, in qua eum docet, qualiter cum clericis suis vivere debeat; et ita^d invenient^e, quia in illis regionibus non sunt episcopia et monasteria sic ditata de rebus eclesiasticis, sicut in istis Gallicis regionibus; qua de nec militia de episcopiis in illis regionibus solvit, sed ex roga publica militiae stipendia^f ministrantur, in istis autem, in nostris^g regionibus pro quarta parte, quae in illis provintiis ex redditibus et oblationibus clericis tribuitur, rerum pars congrua nostris clericis deputatur et pars rerum eclesiarum luminaribus, pars hospitalibus pauperum, pars autem militantibus, qui sub nomine casatorum censentur, pars denique episcopo^h et qui in eius sunt obsequio ceditur; et ita secundum provintiarum qualitatesⁱ et rerum quantitates^k dispositae sunt a provinciarum et eclesiarum rectoribus, necessitate dictante et ratione suadente, convenientes consuetudines, sicut pro qualitate temporum et oportunitate rerum sancti patres nostri sumptus fidelibus providerunt. Nam in primativa eclesia quotquot credebat omnia, quae habebant, pretio^l distrahebant et pretium in commune mittebant usque ad tempora Urbani pape^m et martyris, qui vicinus fuit apostolorum^m temporibus.

a) s finiens ex et super c corr.

b) empm c.

c) parnormitanum c.

d) corr. ex inta.

e) corr. ex inveniant.

f) stipendię c.

g) minis: lineola subdita in codice notatum.

h) episcopi c.

i) ta superscriptum.

k) a posterior ex e corr.

l) pretia c.

m) aplistolorum c.

1) Thiel I, 378.

2) Opp II, 899.

3) Opp. II, 1249.

4) Opp. II, 1150.

Crescente autem fideliū numero congruentius fuit, ipsas res et facultates sanctis ecclesiis ad servorum Dei stipendia condonari, quam earum praetium, quod citius solebat deficere; sed et sicut fures in pecuniis fuere inventi, ita et raptoreſ et pervaſoreſ rerum ac facultatum ecclesiasticarum ex tunc et nunc repperiuntur; et ſemper fuerunt inter bonos, quos a bonis necesse fuerat corrigi. Unde et nostri ordinis viri etiam in hac cauſa, unde agitur, iam praesumpserunt, quod et nos praesumimus, colligentes multitudinem nostrorum hominum etiam amicorum, quando per parrochias noſtras vadimus, ut de presbiterorum ſtipendiis ſine diſpendio noſtro vivamus. Quapropter conſtitutum fuſſe legimus, ut quinquagenarium numerum, ut ſupra oſtendimus, non excederent, quos in obsequium noſtrum ad circumveundam parrochiam duceremus. Nos autem cum hoſte collecta parrochias circuimus, et non iam tantum praedicatoroſ verbi Dei, quantum exactores et exhauriutores oblationum fideliū presbiteris commiſſarum vide-mur, et non iam quaſi licitum ſit nobis hoc agere, ſed quaſi ſit peccatum dimittere, non adtententes, qualibet Dominus permifit de evangeliō vivere; ait enim: *Nihil tuleritis in via, non ſacculum, non paeram, non calcimenta, neque duas^a tunicas habueris*¹; ſed quibus, ut Paulus demonſtrat², tales^b ſpiritualia ſeminaverint, ab hiſ et tales carnalia eorum metant. Nos autem et ditati rebus et facultatibus ampli adhuc alias mercedeſ^c de praedicatione requiri muſ, forte cum ſubſtantiarum ſuperfluā exactatione etiam opinionem gloriae vanae, et niſi caute providerimus, pro temporalibus ſempiterna perdemus. Posſumus tamen, ſi discrete agere volumus, et ſufficientes in obsequio noſtro habere comites, et presbiteros immoderatiuſ non gravare et, qui ſuperrunt de noſtriſ hominibus, per viſtas noſtras ſecundum antiquam conſuetudinem uſque ad haec miſera tempora conſtituere et, ut in eisdem viſtas neceſſaria eiſ miniftrant, diſponere et neceſſitatibus noſtriſ conſulere et plebiibus utiliter ſpiritualia ſeminare et mercedem operande remunerationiſ in futuro percipere. Iam autem — quam ignominioſum ſit dicere et quam periculuſum ſit agere! — quia per ſingulaſ ſynodoſ de presbiteriſ denarioſ quaſi cenuſ de capitibuſ eoruſ accipiuſ, et pro hac vel maxime intentione ternas ſynodoſ in anno tenemuſ; et non ſolum noſ, ſed et archidiaconi, tineae videlicet, qui vicioſi ſunt

a) du corr.

b) a ex e corr.

c) mecedes c.

1) Luk. 9, 3; 10, 4.

2) 1 Kor. 9, 11.

parrochiarum ^a et adolatores, immo deceptores episcoporum, suum tributum de bresbiteris ^b quasi ab ancillis accipiunt. Absit quoque, ut verum sit, quod homines de nobis dicunt, quia ^c etiam pro chrisma denarios sub nomine balsami comparandi accipiamus. Et quoniam ista credenda non sunt, ad illa, de quibus in totum nos excusare ^d non possumus, redeamus. Si apostolus carnis curam non in necessitate, sed in desideriis facere nobis prohibet, magnopere studere debemus, qui de facultatibus ecclesiae nostrae in circuitione parrochiarum vivere non sufficimus ^e, ut a consacerdotibus nostris necessaria tantum, non autem superflua exigamus et nos aeterna mercede privemus, qui summopere providere debemus, ut ipsi presbiteri de facultatibus ecclesiasticis et de fidelium oblationibus secundum sanctos canones quattuor portiones faciant et eas illis ^f usibus ^g, quos ^h canones praecipiunt, deputent; de quibus si nos necessitas compellit quidam accipere, sic sumamus sumptus in via, ut non careamus mercede in perventione. Hinc et beatus Gregorius dicit: *Quod uni nostro operi duae mercedes debentur, una in via, altera in patria; una, quae nos in labore sustentatⁱ, alia, quae nos in resurrectione remunerat.* Merces itaque, quae praesenti recipitur, hoc in nobis debet agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendamus. Verus ergo quisque praedicator non ideo praedicare debet, ut in hoc tempore ^k mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere, ut praedicare subsistat. Quisquis namque ideo praedicat, ut hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat, aeterna procul ^l dubio mercede se privat; quisquis vero vel ea, quae dicit, ideo placere hominibus appetit, ut, dum placet, quod dicitur, per eadem dicta non ipse, sed Dominus ametur, vel idcirco terrena ^m stipendia ⁿ in praedicatione consequitur, ne a praedicationis voce per indigentiam lassetur, huic procul dubio ad recipienda ^o mercedem nihil obstat in patria, quia sumptus sumpsit in via ¹.

- ^a} parrocharum c.
- ^b} b incipiens ex p corr.
- ^c} a superscripta.
- ^d} excussare c.
- ^e} i prior ex e corr.
- ^f} s ex i corr.
- ^g} usi in loco raso.
- ^h} quas c.
- ⁱ} t secunda ex d corr.
- ^k} tempore c.
- ^l} u ex l corr.
- ^m} r posterior ex n corr.
- ⁿ} stipendi c.
- ^o} n ex d corr.

1) Homiliarum in evangelia lib. I, homil. XVII (Opp. I, 1499).

Unde beatus Remigius de conlatione presbiterorum ita, ut diximus, in sua parrochia^a statuit, sciens, apostoli apud Dominum gloriam^b esse, si sine acceptione sumptuum poneret evangelium; a qua diocesaneos provintiae Remorum episcopos non prohibuit, sciens, nihilominus permissum a Domino evangelizantibus de evangelio vivere; sed, qui etiam barbarem gentem^c integrum sua praedicatione atque oratione ad fidem cum rege convertit, successoribus et subditis suis discrete simul cum verbo et exemplo manifestissime docuit, ut, qui fructus sancte ecclesiae^d in stipendio cotidiano percipimus, pro aeterna ecclesia in praedicatione et orationis^e studio sollicite laboremus. Sed et sanctus Gregorius, usque hodie nobiscum in suis constitutionibus vivens, nos terribiliter admonet dicens: *Vobis enim, sacerdotes, lugens loquor, quia nonnullos vestrum cum praemiis facere ordinationes agnovimus, spiritalem gratiam vendere et de alienis iniuratiibus cum peccati dampno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memoriam vestram non redit, quod vox dominica praeceptiens^f dicit: Gratis accepistis, gratis date¹? Cur non ante mentis oculos revocatis, quod templum redemptor noster ingressus cathedras vendentium^g columbas evertit et nummuliorum effudit aes²? Quinam sunt in templo Dei hodie, qui columbas vendunt, nisi qui in ecclesia practium de impositione manus accipiunt? per quam videlicet^h manus impositionem spiritus sanctus caelitus datur. Columba igitur venditur, quia manus impositio, per quam spiritus sanctus accipitur, ad practium praebetur. Sed redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit, quia talium negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est, quod sacri canones symoniacam heresim damnant et eos sacerdotio privari praecipiuntⁱ, qui de largiendis ordinibus praecium querunt. Cathedra ergo vendentium columbas revertitur, quando hi, qui spiritalem gratiam venundant, vel ante humanos vel ante Dei oculos sacerdotio privantur. Et quidem multa sunt alia praepositorum mala, quae humanos modo oculos latent, et plerumque se pastores sanctos hominibus exhibent*

^{a)} in fine a secunda erasa.

^{b)} gloria c.

^{c)} gemtem c.

^{d)} ecclesiae c.

^{e)} i posterior ex e corr.

^{f)} praetipiens c.

^{g)} sequitur locus quindecim fere litterarum rasus.

^{h)} sequitur et erasum.

ⁱ⁾ practipiunt c.; p ex n corr.

1) Matth. 10, 8.

2) Matth. 21, 12. Mark. 11, 15. Joh. 2, 15.

atque in occultis suis videri turpes ante interni arbitri^a oculos non erubescunt. Veniet, veniet profecto ille dies, nec longe est, in quo pastorum pastor appareat¹, et uniuscuiusque facta in publicum deducat. Et qui^b modo subditorum culpam per praepositos ulciscitur, tunc praepositorum mala per semetipsum^c seviens dampnat. Unde et ingressus in templum per se quasi flagellum de funiculis fecit² et de domo Dei pravos negotiatores eiciens cathedras vendentium columbas evertit; quia subditorum quidem culpas per pastores percutit, sed pastorum vitia per semetipsum ferit. Ecce modo hominibus negari potest, quod latenter agitur; ille certe iudex venturus est, cui tacendo quisque se non potest celare, quem negando non potest fallere. Est aliud, fratres carissimi, quod me de vita pastorum vehementer afflit; sed, ne cui hoc iniuriosum videatur fortasse, quod assero, me quoque pariter accuso^d: quamvis barbarici temporis necessitate compulsus valde in his invitus iaceo. Ad exteriora enim negotia dilapsi sumus et aliud ex honore suscepimus atque aliud officio accionis exhibemus. Ministerium praedicationis relinquimus et ad penam nostram, ut video, episcopi vocamur, qui honoris nomen, non virtutem tenemus. Relinquunt namque Deum hi, qui nobis commissi sunt, et tacemus; in pravis actibus iacent, et correctionis manum non tendimus; cotidie per multas nequitias pereunt, et eos ad infernum tendere neglegenter videmus. Sed quando nos vitam corrigere valeamus alienam, qui neglegimus nostram? Curis enim saecularibus intenti, tanto insensibiores intus efficimur, quanto ad ea, quae foris sunt, studiosiores videmur. Usu quippe curae terrena a caelesti desiderio obdurescit animus et, dum ipso suo usu durus efficitur per accionem saeculi, ad ea emolliri non valet, quae pertinent ad caritatem Dei. Unde bene sancta ecclesia de membris suis infirmantibus dicit: Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi³; vineae quippe nostrae acciones sunt, quas usu cotidiani laboris excolimus, sed custodes in vineis positi nostram vineam minime custodimus; quia, dum extraneis accionibus implicamur, ministerium accionis nostrae neglegimus. Nullum, puto^e, fratres carissimi, ab^f aliis maius praeiuditium,

a) arbitris c.

b) i ex o corr.

c) seme ipsum c.

d) accusso c.

e) u ex o corr.

f) ali c.

1) 1 Petr. 5, 4.

2) Joh. 2, 15.

3) Cant. 1, 5.

quam a sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exemplum pravitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Plerumque, quod est gravius, sacerdotes, qui propria dare debuerant, etiam aliena diripiunt. Plerumque, si quos humiliter, si quos continenter vivere conspiciunt, inrident. Considerate ergo, quid de ^a gregibus agatur, quando lupi pastores furentur: hi enim custodiam gregis suscipiunt, qui insidiari gregi dominico non metuunt. Nulla animarum lucra quaerimus, ad nostra cotidie ^b studia ^c vacamus; terrena concupiscimus ^d, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso, quo cæteris praelati sumus, ad agenda quaelibet [maiorem] licentiam habemus, susceptae benedictionis ministerium vertimus ad ^e ambitionis argumentum. Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus. Locum sanctitatis ^f accepimus, et terrenis actibus implicamur. Impletum est in nobis profecto, quod scriptum est: Et erit sicut populus, sic sacerdos ¹. Sacerdos enim non distat a populo, quando nullo vitae suae merito vulgi transcendit actionem. Imploremus Hieremiac ^g lacrimas, consideret mortem nostram et implorans dicat: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum ²! Aurum quippe obscuratum est, quia sacerdotum vita, quondam ^h per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infirmas ostenditur reproba. Color optimus est mutatus, quia ille sanctitatis habitus per terrena et abiecta opera ⁱ ad ignominiam despectionis venit. Lapides vero sanctuarii intrinsecus habebantur nec sumebantur in summi sacerdotis corpore, nisi cum sancta sanctorum ingrediens in secreto sui conditoris apparebat. Nos ergo sumus, fratres carissimi, nos sumus lapides sanctuarii, qui apparere semper debuimus in secreto Dei, quos numquam necesse est foris conspici, id est numquam in extraneis actionibus videri; sed dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum

^{a)} d ex el corr.

^{b)} custodiae c.; e adscripta.

^{c)} i ex e corr.

^{d)} concupicimus c.

^{e)} ab c.

^{f)} i posterior ex a corr.

^{g)} re ex mi corr.

^{h)} quando c.

ⁱ⁾ sequitur littera quasi s incepta.

1) Jes. 24, 2. Hos. 4, 9.

2) Lament. 4, 1.

rum, quia hi, qui per vitam et orationem intus semper esse debuerant^a, per vitam reprobam foris vacant. Ecce iam pene nulla est saeculi accio, quam non sacerdotes administrent; dum ergo in sancto habitu constituti exteriora sunt quae exhibent, quasi sanctuarii lapides foris iacent. Quia enim Greca^b voce platea a latitudine vocatur, sanctuarii lapides in plateis sunt, cum religiosi quique lata mundi itinera sectantur; nec solum in plateis, sed in capite platearum dispersi sunt, quia et per desiderium opera eius mundi peragunt et tamen de religioso^c habitu culmen honoris quaerunt. In capite ergo platearum dispersi sunt, quia et iacent per ministerium operis et honorari volunt de imagine sanctitatis. Quanto autem mundus gladio feriatur, aspicitis; quibus cotidie percussionibus intereat populus, videtis. Cuius hoc nisi nostro praecipue peccato agitur^d? Ecce depopulat^e urbes, eversa^f castra, ecclesiae ac monasteria destructa, in solitudinem agri redacti sunt. Sed nos pereundi^g populo auctores mortis existimus, cui esse debuimus duces ad vitam. Ex nostro etenim peccato populi turba prostrata est, quia, faciente nostra neglegentia, ad vitam erudita non est. Quid autem animas hominum, nisi cibum Domini dixerim, quae ad hoc sunt condite, ut in eius corpore trai- ciantur, id est, ut in aeternae ecclesiae augmentum tendant? Sed huius cibi condimentum nos esse debuimus, sicut enim paulo superius praefati sumus, missis praedicatoribus dicitur: Vos estis sal terrae¹. Si igitur cibus Dei est populus, condimentum cibi sacerdotes esse debuerunt. Sed quia, dum nos ab orationis et eruditionis sanctae usu cessamus, sal infatuatum est^g, condire non valet cibos Dei. Atque idcirco ab auctore non sumitur, quia, exigente fatuitate nostra, minime conditur. Pensemus ergo, qui umquam per linguam nostram conversi, qui de perverso suo opere nostra increpatione correpti paenitentiam egerunt, quis luxuriam ex^h nostra eruditione deseruit, quis avaritiam, quis superbiam declinavit! Pensemus, quod lucrum Deo fecimus, nos, qui accepto talento ab eo ad negotium missi sumus! Etenim dicit: Negotiamini, dum venio².

a) dubuerant c.

b) grega c.

c) religiose c.

d) a ex i corr.

e) rs corr. ex st.

f) pereunte c.

g) quia alterum interpositum.

h) et c.

1) Matth. 5, 13.

2) Luk. 19, 13.

Ecce iam venit, ecce de nostro negotio lucrum requirit! Quale ei animarum lucrum de nostra negotiatione monstrabimus, quot^a eius conspectui^b animarum manipulos de praedicationis nostrae segete inlaturi sumus? Ponamus ante oculos nostros illum tantae distinctionis diem, quo iudex veniet et rationem cum servis [suis]^c, quibus talenta credidit, ponet¹! Ecce in maiestate terribili inter angelorum atque archangelorum choros videbitur! In illo tanto^d examine electorum^e omnium et reproborum multitudo deducetur, et unusquisque, quid sit operatus, ostendetur. Ibi Petrus cum Iudea conversa, quam post se traxit, apparebit, ibi Paulus conversum^f, ut ita dixerim, mundum dicens^g, ibi Andreas post se Achaiam^h, iohannes Asiam, Tomas Indiamⁱ in conspectum^k sui regis conversam^l ducet, ibi omnes dominici gregis arietes cum animarum lucris apparetur, qui sanctis^m suis praedicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cum igitur tot pastores cum gregibus suis ante aeterni pastoris oculos venerint, quidⁿ nos miseri dicturi sumus, qui ad dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus et oves, quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere, non habemus? Hic pastores vocati sumus, et ibi gregem non ducimus. Sed numquid, si nos neglegimus, omnipotens Deus deseret^o oves suas? Nullo modo. Nam ipse^p eas, sicut per prophetam pollicitus est², per semetipsum pascit omnesque, quos praeordinavit ad vitam, flagellorum stimulis, conpunctionis spiritu erudit, et per nos quidem fideles ad sanctum baptisma veniunt, nostris praecibus benedicuntur et per impositionem nostrarum manuum a Deo spiritum sanctum percipiunt atque ipsi ad regnum caeleste

^{a)} quod c.

^{b)} conspectui c.

^{c)} deest.

^{d)} o ex u corr.

^{e)} corr. ex electorum.

^{f)} um ex am corr.

^{g)} u ex i corr.

^{h)} a posterior ex i corr.

ⁱ⁾ indiami c.

^{k)} conspectu c.

^{l)} conversum c.

^{m)} i superscripta.

ⁿ⁾ i ex o corr.

^{o)} deseret iteratum.

^{p)} ipsi c.

1) Vgl. Matth. 25, 14f.

2) Vgl. Ezech. 34, 15.

pertingunt, et ecce nos per neglegentiam [nostram]^a deorsum tendimus; ingrediuntur electi sacerdotum manibus expiati caelestem patriam, et sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei, cui similes dixerim sacerdotes malos nisi aquae baptismatis, quae peccata baptizatorum diluens illos ad regnum caeleste mittit et ipsa in cloacas^b descendit? Timeamus haec, fratres carissimi; conveniat actioni nostrae^c ipsum ministerium nostrum; de peccatorum nostrorum cotidie relaxatione cogitemus, ne nostra vita peccato obligata remaneat, per quam omnipotens Deus cotidie alios solvit! Consideremus cotidie sine cessatione, quid sumus; pensemus negotium nostrum, pensemus pondus, quod suscepimus! Faciamus cotidie nobiscum rationes, quas cum nostro iudice habemus! [Et sic debemus agere curam nostri, ut non neglegamus curam proximi, ut, quisquis ad nos iungitur, ex linguae nostrae sale condiatur. Cum vacantem quempiam et lubricum videmus, admonendus est, ut coniugio frenare debeat iniquitatem suam, quatenus per hoc, quod licet, discat superare, quod non licet. Cum coniugatum^d videmus, ammonendus est, ut sic exerceat curam saeculi, ne^e postponat amorem Dei; sic placeat voluntati coniugis, ut non displiceat conditoris. Cum clericum videmus, admonendus est, quatenus sic vivat, ut exemplum vitae saecularibus prebeat, ne, si quid in illo iuste reprehenditur, ex eius vitio ipsa religionis nostrae aestimatio gravetur. Cum monachum videmus, ammonendus est, ut reverentiam habitus sui in actu, in locutione, in cogitatione sua semper circumspiciat^f, ut^g ea, quae mundi sunt, perfecte deserat et, quod ostendit humanis oculis habitu, hoc ante Dei oculos moribus pretendat. Iste itaque, [qui]^h iam sanctus est, ammoneatur, ut crescat; ille vero, qui adhuc iniquus est, admoneatur, ut [se]ⁱ corrigat, quatenus, quisquis se ad sacerdotem iunxit, sale sermonis illius conditus recedat. Haec, fratres, vobiscum solcite cogitate, haec proximis vestris impendite, omnipotenti Deo fructum vos reddere de negotio^k, quod accepistis, paratae! Sed ista, quae dicimus, melius apud vos orando, quam loquendo optinebimus.

^{a)} deest.

^{b)} coacras c.

^{c)} actionem nostram c.

^{d)} o ex u corr.

^{e)} sequitur mo erasum.

^{f)} circumspiciat c.

^{g)} et c.

^{h)} deest.

ⁱ⁾ deest.

^{k)} ne superscriptum.

Oremus:

*Deus, qui nos pastores in populo vocari voluisti, praesta,
quaesumus, ut hoc, quod humano ore dicimus^{a)}, in tuis oculis
esse valeamus per dominum nostrum Iesum Christum, filium
tuum, qui tecum vivit et regnat Deus in unitate spiritus sancti
per omnia saecula saeculorum. Amen¹.*

Nachtrag.

In der Wendung: „sanctificationes atque decreta pontificum Romanorum“ S. 94 habe ich das Wort „sanctificationes“ so aus „sacrificationes“ verbessern zu müssen geglaubt, da ich einerseits für dasselbe keine Belege habe ausfindig machen können, anderseits ein Verlesen der üblichen Abkürzung für „sancti“ in der Vorlage zu „sacri“ wahrscheinlich ist. Indem ich mit der angegebenen Wendung dann aber die ähnliche: „sacri passim canones et decreta Romanorum pontificum“ S. 120 zusammenhielt, habe ich, nachdem mein Misstrauen einmal rege geworden war, auch hier und an allen übrigen Stellen, soweit das Diktat Hinkmar's in Frage kommt, eingedenk solcher Wortfügungen wie „decretorum sanctiones“ und „canonicae sanctiones“, „sacri canones“ bzw. „sacrae regulae“ in „sancti canones“ bzw. „sanctae regulae“ umgeändert.

Um eine Beurteilung dieser Änderung zu erleichtern, darf ich nicht verhehlen, dass Hinkmar in den Annales Bertiniani nach der neuesten Ausgabe von Georg Waitz nur die Verbindung „sacri canones“ bzw. „sacrae regulae“ zu kennen scheint, dass ferner das fragliche Wort in der Leydener Handschrift stets deutlich, ohne jede Abkürzung geschrieben ist.

Die zuletzt angeführte Thatsache ist mir auf eine an die Universitätsbibliothek zu Leyden gerichtete Anfrage auf Verlassung des Herrn Bibliothekar Dr. W. N. du Rieu, welcher das Verdienst hat, auf die hier zum Abdruck gebrachte Handschrift

^{a)} dicimus.

1) S. Gregorii papae homiliarum lib. I, hom. XVII (Opp. I, p. 1502—1505).

aufmerksam gemacht zu haben, von dem Herrn Konservator Dr. S. de Dries gütigst bestätigt worden: beiden Herren spreche ich für ihre freundlichen Bemühungen meinen verbindlichsten Dank aus.

Diejenige Stelle, welche ich S. 99 nicht in dem ersten oder vierten Concilium Aurelianense, auch nicht, wie der Wortlaut besagt, als vierundvierzigsten Kanon eines anderen Concilium Aurelianense habe nachweisen können, gehört als Bestandteil des siebzehnten Kanons dem Concilium Aurelianense V an: Mansi IX, 133.

Die Schrift des Augustinus: „De cura gerenda pro mortuis ad Paulinum liber“, die „Regula pastoralis“ des Gregorius und seine Homilie: „In evangelio designavit Iesus et alios septuaginta duos“, welche S. 106. 120. 128 angezogen werden, ohne dass Stellen aus ihnen mitgeteilt würden, finden sich in den Opp. Augustini VI, p. 515—532 bzw. in den Opp. Gregorii II, p. 1—102 und I, p. 1496—1505; ich bemerke dabei, dass die Stelle S. 128, wo von der Homilie Gregors die Rede ist: „omeliam beati Gregorii: In evangelio designavit Iesus etc.“, vielleicht zu verbessern und dann so abzuteilen ist: „omeliam beati Gregorii in evangeli u m: Designavit Iesus etc.“, da die Überschrift in den Opp. Gregorii l. c. lautet: „Lectio sancti evangelii secundum Lucam. In illo tempore: Designavit Dominus et alios septuaginta duos.“

In dem von mir S. 128 emendierten Satze hätte das Anfangswort „Expraessis“ statt „Expressis“ geschrieben werden sollen, weil ex̄ssis als zugrunde liegend angenommen worden ist.